LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

18

ANALECTA PROPERTIANA

SCRIPSIT

QUAESTIONES PHILETAEAS ATQUE EMENDATIONES ARNOBIANAS

INTERPOSUIT

ROBERTUS UNGER.



HALIS
VENDIT J. F. LIPPERT.
MDCCCL.

ALBERTO DRYANDRO

AMICO OMNIBUS REBUS CONJUNCTISSIMO

D. D. D.

R. U.

Caput I.

Qui dicantur puri poetae. De nominibus Dores, Dorienses, Dorici; de adjectivis Doricus, Dorius (Doris). Triops rex Coae insulae. Philetas non Rhodius, sed Cous fuit, unde vocatur Eurypylides sive Eurypylida, ut Atrida. De iis patronymicis, quae contra regulam producunt paenultimas vocales. Nomina propria poetarum licentiae libera.

Apud Propertium III. 7, 35. leguntur haec:

Non ego velifera tumidum mare findo carina:
  Tuta sub exiguo flumine nostra mora est.
Non flebo in cineres arcem sedisse paternos
  Cadmi nec septem proelia clade pari —.
Inter Callimachi sat erit placuisse libellos
  Et cecinisse modis, dure poeta, tuis.

Valckenarii sententia sic censentis Callim. Eleg. Fragm. p. 5.: dure mutari debebat in pure: quod probarunt, ingenia capitalia, sic scriptum locum proferentes, Scaliger et Bentlejus; cum his legamus in posterum: Et cecinisse modis, pure poeta, tuis" et olim apud multos valuit et nunc assensores habet eos, quos Scriverii conjecturae ab Hertzbergio defensae poenituit conf. Bernhardy. Hist. Graec. Litt. p. 394. Immerito. Primum enim illud pure poeta et nimis latum est, ut ait vir doctus ap. Burmann. p. 572., et omnino dubium. Videamus enim in quos significatus vox illa vel diducta sit a doctis hominibus vel diduci possit exquiramusque, quid loci sententia requirat. Et primum quidem qui Philetam, non Callimachum hic dici arbitrati sunt, Scaliger in Prop. p. 516. et Dalecampius in Athen. IX. p. 401. Annott. p. 764. purum poetam eum vocari voluerunt, cui in mollitie carminis primas det Propertius. Cujus opinionis confutatio longiorem non desiderat orationem; ejus enim, qui elegiae princeps habetur, laudem definite distincteque designare quo pacto credi potest is, qui purum poetam sive poetarum purissimum appellat, ut epici poetae saepius monstrantur versuum duritie? Jam Valckenarius hujus interpretationis auctor extitit: Puri sermonis erat amator, Caesare judice, Terentius: in elegis Callimachi nihil erat tumidi, nihil inflati: testis est ipse de se, sed idoneus: Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν." Optare hoc quidem est, non docere nec satis ego mirari queo tantum virum et sibi et aliis fraudem non mediocrem eo peperisse, quod quum a Bentlejo illo quidem non nominato et res et verba sumeret, id ipsum, quod argumentationis caput est, incredibili aut dissimulatione aut levitate transmitteret. Hoc enim praecepit Bentlejus in Hor. Art. Poet. 99. p. 138. sq.: Pura poemata autem perinde esse ac civilia, popularia, quotidiana locus insignis Horatii ostendit — et Gellius XIII. 28. — et auctor ad Herenn. IV. 8. — Caesar de Terentio: Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander, Poneris et merito; puri sermonis amator: Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis, ubi puri et lenis accipies non tumidi, non inflati, non poetici," quod praeceptum et aliis locis et Plinii Epist. VII. 9, 8. verbis: „nam saepe in orationes quoque non historicae modo, sed prope poeticae descriptionis necessitas incidit et pressus sermo purusque ex epistolis petitur" confirmavit Heindorfius in Hor. Serm. I. 4, 54. p. 97. sq., quem sequitur Ellendtius in Cic. Brut. 75, 262. Explic. p. 415. sq. add

Erhard. in Petron. Sat. 132. p. 631. Quid igitur? purissimum sive, ut apertius dicam Quintiliani IV. 2. p. 348. et V. 14. p. 489. non immemor, dilucidum (vulgarem Meyer. in Cic. Orat. 16, 53. p. 31.) et distinctum, ceterum minime latum (Meineck. Anal. Alex. p. 35. Hertzberg. Quaest. Prop. II. 7. p. 189. sq.) ornatumque figuris poeticis et auctoritate veterum receptis aut arte doctrinaque elaboratum et ab omni obscuritate remotum (Hertzberg. l. d. p. 195.) fuisse Callimachi sermonem quis jam est, qui defendat? Quod inceptum vanum esse vel Burmannus p. 572. videtur significasse. Equidem quoniam lauta munditie et pressa tersaque tenuitate (Hertzberg. p. 194. 195.) insignem inter Alexandrinos poetas laudem adeptum esse atque in elegia praecipuum fuisse Callimachum constat: aliquanto levius ferrem, si quae talia optandi necessitas esset, tersi vel culti carminis praedicationem (ut est apud Quintilianum X. 1. p. 908.: elegiae — tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus" et quem locum commemorari eo magis consentaneum est, quod nemodum attulit, unde cognosceretur non solum carmina, sed etiam ipsos poetas puros dici, p. 909.: multo est tersior Lucilio ac purus magis Horatius" et apud Plinium Epist. IX. 22, 1. „Passienus — eo simillimus Propertio, in quo ille praecipuus. Si elegos in manus sumseris, leges opus tersum, molle, jucundum et plane in Propertii domo scriptum." Ovidium Am. I. 15, 28.: Discentur numeri, culte Tibulle, tui" et III. 9, 66. conf. Martial. V. 30, 4.), non item — ut Valckenario vel id concedam, quod nullo modo concedendum puto, purum poetam ac tenuem dici nullo discrimine — tenuitatis laudem, qua non elegiarum scriptores solum, sed multos poetas censeri subtilius docendi locus erit, quum de Propert. III. 1, 3. explicabimus. Sed sive tersum poetam dici intelligis sive, ut hoc etiam largiar, castum (Catull. XVI. 5. Ovid. Epist. ex Pont. I. 1, 8.): haec et his similia repudianda omnino sunt propterea, quod ad institutum carminis ordinem nihil refert, quo modo scripsisse dicatur Callimachus, sed quid scripserit. Oportebat enim epici carminis mentioni his verbis comprehensae: Non flebo — septem proelia clade pari Nec referam Scaeas et Pergama, Apollinis arces, Et Danaum decimo vere redisse rates („nec Pergama nec decenne bellum" Sidon. Apollin. Carm. IX. 121. p. 121.)" subjungi significationem ejus materiae, in quam mollium versuum scriptores ab epici carminis oneribus et duritie illi alienissimi descendere solerent: Inter Callimachi sat erit placuisse libellos, qualem significationem hanc credo esse: Et cecinisse modis tuis, tener, blande poeta, tenerorum lusor amorum (Santen. in Terentian. Maur. p. 318. Valg. p. 68. 233.). Subjecta enim haec sunt (cod. Reg. ap. Heins. Adv. p. 723., quem docti homines neglexerunt): Haec urant pueros, haec urant scripta puellas conf. Ovid. Trist. II. 369. Denique ut mittam de versibus loqui, ex quibus Callimachi commemoratio nexa et apta est: refragatur ac vehementissime repugnat et ipsius distichi sententia et oratio. Quum enim dividere sententias in partes Tibulli, amplificare repetitione Propertii esse copiose ac subtiliter docuerint Dissenius de Poes. Tibull. p. CXIX. CXXXVI. sq. et Hertzbergius Quaest. Prop. II. 6. p. 159.: haec quidem sententia: satis erit, si mea carmina ita ut Callimachea placebunt et ego hujus purissimi vatis numeris canere potero" tam jejuna (sic enim vocat ipse, cujus verbis usi sumus, Lachmannus p. 268.) tamque ad proprietatem sive Callimachi sive elegiae declarandam inutilis est, ut Propertii consuetudine videatur indigna esse quam quae maxime. Deinde, ut „ea figura, quam ἀποστροφὴν Graeci appellant, poetarum Romanorum nullum frequentius usum esse Propertio in ejusque carminibus saepissime fieri secundam personam de tertia" constat (Hertzberg. Quaestt. II. 6, 3. 5. p. 113. 116. conf. Lachmann. in Prop. IV. 12, 42. p. 285. Dissen. de Poes. Tibull. p. CXLIX.), ita haec oratio: Inter Callimachi sat erit placuisse libellos Et cecinisse modis, pure poeta, tuis" non modo insigniter differt cum versibus Tibulli II. 6, 27. „Spes facilem Nemesim spondet mihi, sed negat illa. Hei mihi, ne vincas, dura puella, deam" omniumque omnino poetarum, quicunque illam allocutionem unius distichi ambitu incluserunt, sed ab eorum, quae ex Propertii carminibus collecta proposuit Hertzbergius l. d., exemplorum similitudine non modo recedit longissime, verum plane abhorret.

Ergo gravissimis caussis, quas ne Hertzbergius quidem exquirere instituit, refutata Valckenarii sententia hoc manifesto compertum est tantum abesse, ut uterque versus de Callimacho scriptus esse dici queat, ut recte sentire videantur, qui quos instar omnium solos elegiarum auctores alias Propertius appellare consueverit (Burmann. in IV. 6, 3. p. 807. Hertzberg. l. d. p. 191.), Callimachum Philetamque hoc quoque loco conjuncte commemoratos fuisse existimant. Et Jtali docti quidem audacter in Propertii carmen transtulerunt, quod apud Ovidium legitur Art. Am. III. 329.: „Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetae Musa“ (Baeh. Philet. p. 14.). Quod inceptum Scriverius in Martial. Spectac. 31. p. 26. circumspectiore usus judicio sic correxit, ut Philetam Dorum poetam dictum esse obtineret: Et cecinisse modis, Dore poeta, tuis.“ Parueruntque huic consilio quum alii deinceps multi, tum Hertzbergius. Quem pro voce illa satis multa commentatum in Obss. in aliquot Prop. locos p. 8. sq. et Comment. p. 299. sq. video tamen intra ea ipsa argumenta stetisse, quae Scriverius (conf. Broukhus. p. 262.) et cujus nomen silentio transmissum est, Forcellinus Lex. Tot. Latin. T. II. p. 122. a. p. 123. a. in medium attulerunt. Supersedeam igitur loqui de illa, quam tantopere jactant (Hertzberg. Quaest. II. 6. p. 163.), insolentia exemplorum horum: Cocytas aquas, Romula vincla, de quo genere et longiore exordio existimavimus in Theban. Parad. Coroll. XII. p. 396. sq. et infra accuratius videbimus, nec exsequar nisi ad illud ipsum nomen proxime attinentia. Appellarunt autem veteres nobilissimam Graeciae gentem Dorieas (Dorieon), ut Vitruvius IV. 1, 5. Dores, ut Cicero pro Flacc. 27., Dorienses Justinus II. 6, 16. Ammianus Marcellinus XV. 9, 3. Doricos Gellius II. 26, 10. Serviusque in Virg. Aen. VII. 769. p. 443. Doricum sermonis genus illi loquuti, quamquam Priscianus II. 9, 49. p. 91. VI. 13, 69. p. 264. 18, 92. p. 283. Dores; verum Doros solus Servius in Aen. II. 27. p. 119., de quo nemo commemoravit: Dorus Neptuni filius fuit, unde Dori originem ducunt“ et Isidorus Origg. IX. 2, 80. p. 290. „Dorus — unde Dori et originem et nomen ducunt,“ quorum auctoritas et ad cognoscendam contestandamque, quae nunc agitur, causam parum idonea est et per se ipsa levis ac vel propterea dubia, quod qui a Cicerone l. d. et Prisciano I. 9, 51. 53. p. 47. 49. VI. 13, 69. p. 264. XIV. 1, 6. p. 585. vocantur Aeoles, Aeoli ab eodem Servio Aen. III. 445. p. 226.: nam Aeoli σιοὺς dicunt θεούς“ dicti male creduntur, quum in Burmanni p. 414. codicibus sit Aeolii, quod legitur apud Vellejum II. 4, 4. et Melam I. 18. p. 19., et apud eundem Servium VI. 12. p. 351. extet: Aeolici enim σιοὺς deos dicunt.“ Sed enim quod saepe multi scriptores maluerunt, id constanter poetae tenuerunt, ut ipsorum *Δωριέων* atque *Αἰολέων* vocabulo posthabito ut Aeolias vel Aeolicas, ita Doricas vel Dorias res usurparent, qua quidem voce omni numerorum varietati nihil esset opportunius. Unde legitur et Doricum genus apud Senecam Agam. 523. (Doricam gentem Plin. Nat. Hist. VI. 2, 7. p. 372. Sill. Doricam nationem Martian. Capell. IV. 335. p. 333. Dorica dicta Quintilian. VIII. 3. p. 701.), Dorica rura apud Manilium IV. 766. tellus Sidon. Apollinar. Carm. II. 475. p. 34. terra Stat. Theb. VIII. 138. Doricus Isthmus II. 182., Dorica classis in Attii Armorum Judic. fr. 18. p. 180. Senec. Agam. 163. Stat. Achill. II. 194. castra apud Virgilium Aen. II. 27. VI. 88. et ipsum Propertium II. 7, 20. IV. 6, 34. et quem omisit Burmannus p. 814. et Wagnerus in Aen. II. 27. p. 269., Ovidium Her. XIV. 370. Joseph. Jscan. I. 339., Dorica nox apud Valerium Flaccum II. 573., quocum comparandus est Sidon. Apollinar. V. 196. p. 49. Doricus ordo sive exercitus apud Statium Theb. IV. 116. hostis Sidon. Apollinar. Carm. V. 455. p. 60. (miles cod. Voss. Propert. II. 10, 47. de conjectura Burm. p. 303. conf. Valg. p. 343.) ensis Pind. Theb. Hom. Epitom. 324. Dorica cuspis Stat. Theb. IX. 312. arma Achill. I. 395. id est arma omnium Graecorum“ Vet. Schol. Barth. p. 1667. Palmer. Graec. Antiq. I. 6. p. 30. sq. Heins. Advers. p. 647. Graev. Epist. ad Heins. DLXXXVI. Syll. Burm. p. 638. T. IV. (conf. Juven. IV. 40. Dorica — Ancon); et ut Dorii moduli apud Plinium Nat. Hist. VII. 56, 57. p. 64., ita Dorium melos apud Horatium Epod. IX. 5. Martian. Capell. II. 197. p. 239. IX. 935. p. 730. al. Dorius sensus apud Ausonium Sapient.

Cleob. 11. p. 281. Praeterea extat Doris flamma in Culice 334., ut Doris tellus (Sicilia) Senec. Herc. Fur. 81. et Doris dialectus Prob. in Virg. Bucol. p. 348., qui locus fugit Oudendorpium in Sueton. Tiber. LVI. p. 435. not. 4. Quae quum ita sint, pro certo affirmare licet latinam consuetudinem sic tulisse, ut Propertius quidem id, quod Scriverius vult, hoc versu diceret: Et cecinisse modis, Dorica Musa, tuis“ aut Dori Camena, quemadmodum Teiam Musam Anacreontem vocat Ovidius Rem. 762. conf. Trist. II. 364. Art. Am. III. 330. Markland. ap. Burmann. in Propert. IV. 6, 35. p. 815., Maeoniam Camenam Homerum Sidonius Apollinaris IX. 127. p. 121., Calabras Pierides Ennium Horatius Carm. IV. 8, 20. Sapphoque Aeoliam puellam IV. 9, 12., ipsum Horatium Calabras Camenas Martialis XII. 94, 5. conf. Gronov. Obss. IV. 22. p. 784., Thermarum Camenam Stesichorum Silius XIV. 232. Denique (ne nos eum locum praetermittamus, quem praetermissum ab Hertzbergio miror) liquet jam recto de Catulli loco LXIV. 287. Doris celebranda choreis judicio pronunciasse Js. Vossium p. 233.: Scaliger non leviter peccat, cum Doris construit cum choreis et accipit de choreis Doricis.“ Quae quidem Catulli verba a Passeratio fere eorundem defensa auctoritate testimoniorum, quibus Hertzbergium usum vidimus, (p. 126. Graev.: Dorus pro Doricus ut Romula gens et Tros Aeneas et Dardanus pro Romulea, Troius, Dardanius), a Graevio Epist. I. d. per dissimulationem difficillimarum rerum hac explicata oratione: Doricis choreis recte vidit Heinsius. — Doricus pro Graeco; proprie autem in Catullo Dorus pro Thessalus. Dores enim antiquissimis temporibus coluerunt Thessaliam,“ retenta patientius a Sillígio et Lachmanno reparanda esse hac correctione: hilaris — choreis, quae ad ipsam librorum manu scriptorum fidem proxime accedat, obtinuimus in Electt. Crit. p. 23. et Valg. p. 336.

Verum ne hoc ipsum quidem concedi potest perspicue distincteque Coum Philetam designari ab eo, qui Doricum poetam appellat. Quae enim argumentatur Hertzbergius Obss. in aliquot Prop. locos p. 9. et Comm. p. 300.: „Dorum poetam quemvis et ipsum Callimachum dici posse si quis objiciat, Asiae tamen regionem illis praesertim temporibus hoc nomen proprium quasi sibi vindicasse meminerit, ut ubi in universum Dorium mentio fieret, Asiani sponte intelligerentur. Philetam igitur hic significari certum est, quem utrum Coum an Rhodium dicerent jam veteres ambigebant Schol. Theocr. VII. 40. ὁ δὲ Φιλητᾶς Κῷος τὸ γένος ἢ ὡς ἔνιοι Ῥόδιος, quum Dorium fuisse consentirent,“ ea sine ulla probabili ratione dicta sunt. Primum enim Theocritum quoque et Moschum (Mosch. Jdyll. III. 103. conf. 12. *Κληρονόμος Μώσας τᾶς Δωρίδος*) aut Epicharmum recte illis temporibus Doricos poetas vocari potuisse nemo facile negabit, qui recordatus fuerit Siciliam dici tellurem Doridem in Senec. Herc. Fur. 81. et Doricae cognomen ab Juvenale IV. 10. addi Anconae urbi a Syracusanis, qui Doricam originem maxime jactarent (Valckenar. in Theocr. Adon. p. 385. B.), conditae. Sed sit istud credaturque id nomen Asianorum hominum tum proprium fuisse. Quid tum? Simmiam et Antagoram ac Timocreontem Rhodios (*Ῥόδον ναέτας Δωρίδος* Epigr. *ἀδεσπ.* CCXXXVIII. 2. Anth. Gr. p. 166. T. IV.), fortasse etiam Panyasidem Halicarnasseum, Jonicorum scriptorem, ut omittam Pisandrum et Apollonium duri operis auctores, non agnoscent omnes Dorios poetas? Nonne qui dixerit esse, ubi veteres poetae Siculum et Syracusium vel Cecropium vel Coum senem loquantur satis ambigue, idem fatebitur praemunitione aliqua, quae ad Theocriti aut Archimedis, Socratis aut Epicuri, Philetae aut Hippocratis notitiam pertineret peculiariter, facta diligenter omnibus locis cautum esse, ne quis legentium in errorem induceretur? De qua re aliqua infra persequemur in eo loco, quo de Propert. II. 25, 29. dicemus. Nihil autem fingi potuit ad fallendum instructius et magis lubricum, quam id argumentandi genus, quo usus Hertzbergius veteres ait dubitasse Coumne an Rhodium Philetam dicerent, sed de Dorica ejus origine consensisse. Nam Propertius quidem Coum eum fuisse III. 1, 1. „Coi sacra Philetae“ dicit omnino nec aliter, qui inter Romanos Philetae mentionem fecerunt, Ovidius Statiusque. Ceterum quoniam idem consensus est Graecorum et scriptorum et poetarum et grammaticorum, si ab

uno Theocriti interprete recesseris, omnium (conf. Bernhardy. Hist. Graec. Litt. p. 398.), satius videtur esse cautione aliqua et diligentia adhibita penitus scrutari, si quae ipsi huic causae sint adjunctiora, quam vulgarem et pervagatam illam rationem diversarum rerum societatem quandam conciliandi amplecti, quam sequuti Bachius de Philetae Vita p. 5. et Prellerus Doctr. Hal. Encycl. III. 22. p. 293. a., quod cum de aliis multis tum de Theocrito et Apollonio Rhodio dicitur, id in Philetam sic transtulerunt, ut poetam in insula Co natum aliquamdiu Rhodi vixisse proderent. Equidem vereor ne grammatico in explicandis Theocriti carminibus versanti alius ejusdem vel similis generis poeta fraudi fuerit. Quum enim in Moschi carmine III. 98. — nam quae Musuri esse obtinuit Naekius (Bach. p. 17. Kiessling. in Theocr. VII. 13. p. 206. Preller. l. d. p. 296. b.), ea Moschi dicere nunc libet propterea, quod Musurus res retulit veterum scriptorum, ut apparebit, auctoritate contestatas — igitur quum in Moschi carmine III. 98. ille grammaticus invenisset Philetam apud Triopidas cives cantasse: (sive mavis credere ab alio quopiam poeta Philetam Triopidam dictum fuisse), factum est, is ut cogitationem intenderet ad Triopium, Cariae promontorium illud Doriensium certamine, cujus honos magis ad Rhodum tribus civitatibus inclytam, quam ad unam Coam pertinere videretur, nobile, quod promontorium ab Triopa, Solis et Rhodi filio, appellatum esse vulgatior fama fert (Diodor V. p. 379, 8.). Tantum vero abest, ut ad Triopam, qui „Heliadarum unus fratrem Tenagen cum occidisset se in Cariam recepit atque inde Carum adscita multitudine hinc in Rhodum commigravit“ Meurs. Rhod. I. 5. p. 13. add. Sturz. in Hellanic. fr. CXV. b. p. 148., is, quem attuli, Moschi locus spectare dici queat — vetat enim fluvii Alentis mentio adjuncta (Theocrit. VII. 1. et Schol. p. 903. Kiessl. p. 23. Adert. *Ἀλεὺς τόπος ἐν Κῷ* —, ut intelligi necesse sit nominatos esse Triopidas ex nomine Triopis, quem filium Abantis — Phorbantem alii vocant patrem Argivi Triopae — eundemque Coae insulae regem fuisse Jason rerum Cnidiarum scriptor tradidit. Rem minime protritam (quae Papium lex. p. 387. adeo fefellit, ut urbem Coae insulae *Τρίοπον* extitisse ejusque cives *Τριοπίδας* dictos fuisse narraret) retulerunt interpositis testimoniis Theocriti ejusque Scholiastae XVII. 68. p. 969. *Τρίοψ γὰρ βασιλεὺς τῆς Κῶ, ἀφ' οὗ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου* et 69. p. 970. *τὸ δὲ Τρίοπον ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου ἀπὸ Τριόπου τοῦ Ἄβαντος, ὡς ἐν τοῖς περὶ Κνίδου Ἰάσων φησίν* ac Stephani Byzantii p. 197, 30. *Μέροψ, Τριόπα παῖς, ἀφ' οὗ Μέροπες οἱ Κῷοι* Casaubonus in Inscript. Herod. p. 351. Cren. Mus. I. Salmasiusque p. 36. et 39. Cren. Mus. II. et Holstenius in Steph. Byz. p. 325. ac Spanhemius in Callimach. Del. 160. p. 429. et Cer. 31. p. 686. conf. Sturz. in Hellanic. fr. XXVIII. p. 74., fortasse recordatus est Js. Vossius, quum apud Schol. Theocr. v. 61. p. 969. *Κασάνδρου ἐσπουδακότος τὴν ἐν τῷ περιτροπίῳ (ἐν τῷ Τριοπίῳ) τῶν Δωριέων σύνοδον* corrigi *τὴν ἐν Κῷ περὶ Τριόπιον - σύνοδον* juberet nequidquam in Scyl. Peripl. p. 91.

His ita deliberatis et constitutis liquet, quo verum eruatur, subtiliore cura in eam ipsam partem quaerendum esse, in quam spectare voluerunt docti homines illud Dori poetae cognomentum. Reperiendum est enim tale vocabulum, quod Philetam perspicue demonstret, sic comparatum, ut ex eo uno pelluceant et quodammodo agnoscantur litterae, quibus duae illae voces constant: dure poeta, conjunctae et continuatae. Neque enim dubitari jam potest, quin in locum nominis insolentis adeoque abstrusi, ut jam antiquitus librariorum intellectum fugeret, exemplo minime novo (vid. de Prop. II. 10, 46. Valg. p. 340.) suffectae sint voces planissimae petitae illae ex propinquo; in libro secundo enim extremo (25, 44.) haec extant: „Inque tuos ignes, dure poeta, veni.“ Jam recordanti communem poetarum consuetudinem vetustissimi aut clarissimi cujusque regis nomen in ipsam gentem mutuandi (Priscian. II. 6, 35. p. 80. Burmann. in Virg. Aen. V. 45. p. 604. Drakenborch. in Sil. XV. 320. p. 763. Staver. in Hygin. Fab. CCLXXI. p. 376. sq. Seidler. in Eurip. El. 707. p. 98. Welcker. Syll. Inscr. 183. p. 232.) occurrunt et quasi lucent nomina Triopis, de quo praediximus, et Meropis atque Eurypyli. Licuit igitur Philetam poetam appellare et *Μερόπων ἀστόν* (ut Meleagrum Epigr. *ἀδεσπ.* DLXXII. 4.

Anth. Graec. p. 237. T. IV. *θρεψαμένη Κῶς ᾽Αμὲ θετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτόφει)* et Triopidam, quo nomine Moschus sive potius Musurus usus est (add. Etymol. Magn. p. 210, 7. *Τριόπης, Τριόπου, Τριοπίδης*. Callimach. Cer. 32.), et Eurypilidam. Horum nominum autem id, quod postremo loco allatum est, pleniore disputatione infra docebimus et solum in Coorum mentione cum ab aliis frequenter poetis, tum a Propertio alicubi usurpatum esse et ad ipsius Philetae memoriam propius pertinuisse. Quid igitur? sumenti haec olim consignata fuisse Euripilita: Euripilida (parum enim inter haec differt conf. Luxor. Epigr. LXXVI. 3. p. 619. Anth. Lat. II. Priamidis. cod. Salm. et Leid. Priamites. Ovid. Art. Am. I. 172. Cecropidas. Oxon. Cecropetas. Valg. p. 492. a.) nonne dilucide apparent certa vestigia litterarum: dure poeta? nam et poeta pro philita, Phileta scriptum est apud Catullum, ut alio loco dicetur, et surripilus (ut Euripilus codd. Burm. p. 214. Virg. Aen. II. 114.) pro Eurypylus, Euryalus est in codice Burm. Epit. Jliad. Hom. 183. p. 49. similique corruptela oromedon, eromedon pro Eurymedon (ut Erioli, Eriloci pro Euryali Ovid. Jb. 289. Burm. p. 68.) in ea ipsa Propertii elegia, de qua quaestio est, v. 47. Eurypilita autem vel Eurypylida non minus recte dicitur, quam Atrida ab eodem Propertio II. 11, 1., id quod Charisius notavit I. p. 51. (cap. 17, 27. p. 37.) nec ab Heinsio in Ovid. Met. VIII. 550. p. 597. et Her. VIII. 9. p. 108. aut Broukhusio 10. p. 130. nec ab Hertzbergio Quaestt. Prop. II. 6. p. 164. sq. commemoratus: „Atrides, Atrida, ut Propertius: Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho.“ add. p. 26. (cap. 15, 7. p. 21.): „possunt tamen etiam latinum habere nominativum, ut Atrida“ conf. Serv. in Virg. Aen. III. 475. p. 228. (Thesida ab Josepho Jscano VI. 66.), Chalonita a Festo Avieno Descr. Orb. 1209., Scirita ab Aetnae auctore aliaque ab aliis, ut dictum est Valg. p. 100. 419. sq. 422. Nec metricorum quidem reprehensionem capit nomen Eurypylida. Nam, in patronymicorum formatione facile apparet latissime dominari Epicorum *τὴν μετρικὴν ἀνάγκην*, de qua etiam Eustathius in Jl. I. p. 13, 15. videtur cogitasse“ Schaefer. in Gregor. Cor. p. 1055. a. Testis est Priscianus II. 7, 37. p. 82.: „Excipiuntur tamen haec, quae contra regulam producunt paenultimas vocales Aeolides, Demades per synaeresim pro Demeades, Codrides, Licoorgides, Lagides, Belides; Euerides etiam et Licomedides apud Graecos contra regulam paenultimam diphthongum habent, pro qua nos i longam ponimus.“ De quo loco satis exposuisse Lobeckius Paralip. p. 7. videtur Meinekio Conj. in Anthol. Graec. p. 210., non item mihi. Primum enim per se liquet vitio natum esse nomen Aeolides. Quod unde manaverit, vel id supplementum indicat, quod in impressis libris (ut ed. Basil. p. 56.) perperam inveteravit: Aeolides, Demades per synaeresin pro Aeolides, Demeades.“ Nam ut Aloiadae (*᾽Αλωϊάδαι* Apollon. Rhod. I. 482. Eudoc. Viol. p. 37., quod in oratione fieri *᾽Αλῳάδαι* intellexit Dindorfius in Diod. Sic. IV. 85. Vol. I. p. 413, 74. non item Boissonadius in Crat. Epist. 4. p. 239. Kayserus in Philostr. Sophist. II. 1. p. 55, 26. Emperius in Dion. Chrysost. LXVII. p. 712. et quos praetereo multos) nonnumquam a Graecis dicuntur *᾽Αλωεῖδαι*, semper a Romanis Aloidae (Hemsterh. in Lucian. Contempl. 3. p. 379. Vol. III. Wesseling. in Diodor. IV. p. 328, 73. add. Tzetz. Chil. III. 162. p. 86. Niceph. Progymn. II. 13. p. 439, 29.), ita prae vocabulo Oiliadae (quod „tamquam a primitivo *῎Οϊλος* formatum,“ usurpatum ab Homero Jl. XIII. 203. Quinto Smyrnaeo VI. 556. Aristotele Epigr. III. 3. p. 112. Anth. Graec. T. I. conf. Heyn. in Hom. Jl. II. 527. p. 309. Vol. IV. Propertio IV. 1, 117. Silio Jtalico XIV. 479. cum ipso illo Aloiadarum nomine comparare fugit Meinekium Anal. Alex. p. 224.) id ipsum, quod cum grammaticorum praeceptis maxime congruit, Oilides rarum et prope insolitum est. vid. Sabin. Epist. I. 101. „Quidquid Oilides commiserat.“ Etym. Magn. p. 210, 10. *τὰ δὲ εἰς ος διὰ τοῦ αδης ποιοῦσι τὰ πατρωνυμικά· οἷον Αὐξέντιος, Αὐξεντιάδης —· ᾽Οϊλϊάδης οὐκ ἔστιν· ᾽Οϊλεὺς γάρ· ἐπεὶ ᾽Οϊλείδης εἶχεν εἶναι*, quem locum cum Eustathio in Jl. p. 13, 39. (*οὐ γὰρ ᾽Οϊλιάδης ἔστιν — ἀπὸ τοῦ ᾽Οϊλεύς· ἦν γὰρ ἂν ᾽Οϊλείδης διὰ διφθόγγου)* et p. 927, 64. *(ἐκ τοῦ ᾽Οϊλεὺς — ᾽Οϊληϊάδης καὶ συγ-*

κοπῆ τοῦ η Ὀϊλιάδης) contendi oportuit a Meinekio l. d. Utrumque autem, quod attulimus, nomen parum cum memoria codicum discrepare docent Virg. Aen. VI. 529. Aeolides Burmanni codices p. 84. Oelides et Eleg. in obit. Maecen. 87. Anth. Lat. II. 119. p. 271. Aloidas Leid. cod. Aolidas. Pith. marg. Eolidas conf. Reg. in Ovid. Met. VI. 117. p. 390. Nec in Prisciani loco placet Codrides (Etym. Magn. p. 524, 38. *Κοδρίδης — ὥσπερ παρὰ τὸ Κρόνος Κρονίδης*. Dindorf. Steph. Thes. p. 1703. C. Vol. IV. Aelian. Var. Hist. V. 13. p. 318. Polyaen. VIII. 43. p. 786. Con. Narr. XLVII. p. 118, 10. Hemsterh. in Lucian. Dial. Mort. XX. 4. p. 506.); placet vero Coronides, quod a *Κορωνεὺς* ductum (Const. Fan. in Ovid. Jb. 408. p. 100. et Met. XV. 624. p. 1065.) Priscianus quidem in eodem libro 6, 34. p. 80. a *Κορωνὶς* repetit: Coronides a matre Aesculapius;" ferrem etiam Orides, de quo Herodianus ap. Schol. Apollon. Rhod. II. 110. p. 128. *τοῦ δὲ Ὡρείδης ἡ παραλήγουσα διφθόγγῳ γράφεται τῇ ει* ab Meinekio l. d. indicatus, quod quidem nomen non ignoro numerari in andronymicis, qualia affert auctor Etym. Magn. p. 166, 3. Lobeck. l. d. Legitur autem Licoorgides, quod „vitiose expressum esse pro Lycurgides" vult Wagnerus in Virg. Aen. II. 82. p. 279., in Ovidii Jbide v. 505. „Quique Lycurgiden letavit et arbore natum," *Λαγείδης*, ut Bergkio auctore retulimus in Theban. Parad. III. 3. p. 297., apud Theocritum Jd. XVII. 14. et in inscriptione ap. Welcker. Mus. Rhen. 1833. I. p. 290. et Böckh. Corp. Inscr. II. p. 336. nr. 2613, 4., quam ignorat Lobeckius l. d. p. 7., non item Dindorfius Steph. Thes. V. p. 22. A., denique Belides, de quo subtilius dicemus in Cinnae commentariis, apud Cinnam ap. Charis. I. 21, 47, p. 70. Virgilium Aen. II. 82. Silium Jtalicum III. 650. Statium Theb. VI. 291. Nec attinet nunc plura consectari aut rem ne a Schradero quidem Emend. Praef. p. XXIII. et cap. XIII. p. 242. et Ouwensio Noctt. Hag. III. 23. p. 607. sqq. animadversam diligentius disceptare praestetne apud Horatium scribi Epist. I. 19, 15. Jarbiden *(Ἰαρβείδην)* an Jarbitam (vid. Valg. p. 99. sq.) et apud Ovidium Fast. II. 43. Amphiaraides, quod Merkelius quoque p. 45. retinuit, an Amphiaraiades, quod ab Valckenario Diatr. in Eurip. XXV. p. 287. c. propositum et aliquot codicum (Merkel. l. d.) fide et multorum exemplorum similitudine (vid. Theb. Parad. l. d. p. 295. sq.) firmari videatur posse, et in Met. X. 162. Amyclides an Amycliades (conf. Valg. p. 99. 421.) an Amyclaides (id est Spartanus), cui simile est nomen in eodem Met. libro positum v. 183. Taenarides aliaque multa, quorum usum luculenter comprobavit, ceterum utroque Ovidii loco omisso, Meinekius Conj. Critt. de Anth. Graec. p. 238. sq. Nolo igitur in hac parte latius evagari, quoniam vel tria illa, quae a Prisciano contestata modo exsequutus sum, liquido docent, quam libera poetarum licentiae nomina fuerint. Nam qui paenultimam vocalem nominum Lycurgides, Lagides, Belides produxerunt, quum Lycurgiaden, Lagiaden, Beliaden liceret usurpare, aliquanto plus sibi sumpserunt, quam Propertius, qui Eurypylidae nomen posuit ad eum numerorum modulum revocatum, quem unum elegorum natura recipit, *Εὐρυπυλείδης*. Qua eadem adductus necessitate contemto omnium scriptorum usu, qui dixerunt *Ἀντιγενίδην* (Worth. in Tatian. Apol. 40. p. 86. Taylor. Lectt. Lys. XI. p. 718. Jacobs. in Anth. Graec. Animadv. I. 2. p. 57. sq. Wyttenbach. in Plutarch. p. 1113. add. Theophrast. Hist. Plant. IV. 11, 4. p. 156. Theon. Progymn. 5. p. 209, 9. *Ἀντιγεννίδας. Συναγ. λεξ. χρησ.* Bachm. p. 104, 19. Corp. Inscr. nr. 172, 34. Vol. I. p. 307. *Ἀντιγενίδης Φλυεύς* conf. *Ἀντιγενής* Theocr. VII. 4. Diod. XVIII. p. 304, 90.), ut *Ἀριστογενίδας* Inscr. 1979. Pap. lex. p. 72. *Εὐγενίδας* Inscr. 35. Vol. I. p. 53. *Θεογενίδης* Wesseling. in Diod. XI. p. 453, 32. Lob. l. d. p. 5. *Τιμαγενίδας* Wernsdorf. in Himer. XVIII. p. 710. et XXIV. p. 809. et Siebelis. in Pausan. VII. 10, 1. p. 133.), Leonidas Tarentinus *Ἀντιγενείδην* posuit in hoc versu Epigr. I. 1. p. 153. Anth. Gr. I. *Μηλὼ καὶ Σατύρη ταννήλικες, Ἀντιγενείδεω Παῖδες*, quem versum minime omnium ex cura sua omittere debebat Lobeckius l. d. p. 5. Nec praetereundus est Aristophanes, qui „contra regulas analogiae," ut videtur Elmslejo p. 27., in Acharnensibus 220. *Λακρατείδῃ* scripsit (conf. Lob. p. 5. sq. V. D. in Steph. Thes. p. 642. sq. Vol. IV. et G. Dindorf.

p. 58. A. Vol. V.). Similiter „quod Graecis dicitur *Εὐριπίδης*, eodem accentu Latini semper extulerunt; propterea paenultimam producit Sidonius non quantitatem, sed accentum latinum sequutus: „Orchestran quatit alter Euripidis“ Scalig. Auson. Lectt. ll. 21. p. 146. Savar. in Sidon. Apollinar. Carm IX. 231. p. 127., quod idem, ut praeteream Steph. Byz. p. 192, 37. *Μασσαγέται — τὸ θηλυκὸν λέγεται Μασσαγέτις καὶ Μασσαγῆτις ἴσως διὰ τὸ μέτρον* (Schubart. in Bergkii Ephem. Philol. 1843. p. 204.), in nomine Galatiae Statium Silv. I. 4, 76. fecisse cum alii credunt tum Bernartius p. 154. B., a quo leviter dissentit Marklandus in Silv. IV. 3, 59. p. 316. Qui de Manilio V. 180.: Et Calydonea bellantem rupe puellam“ sic expedire debebat, ut et *Κιθαιρώνειον* et *Κιθαιρώνιον*, *Ἀργανθώνειον* et *Ἀργανθώνιον*, *Κυδώνιον* et *Κυδώνειον* et alia ejus generis multa extare afferret conf. Plutarch. de Fluv. XXII. 4. p. 469. *ὄρος Καλυδὼν καλούμενον*. Quamquam fortasse dicet aliquis Calydonaea scribendum esse; nam quemadmodum a Dodon fit Dodonius, a Calydon Calydonius, ita a Dodona, Calydona (Gavell. Misc. Obss. Nov. V. p. 466. Staver. VI. p. 530. D'Orvill. Exerc. de Deliac. Inscriptt. c. XIII. p. 90., ut omittam Muncker. Diss. de Hygin. [p. VII. sq.]. Wesseling. in Anton. Jtin. p. 149. Dederich. in Dict. Cret. I. 5. p. 16. et 17. p. 34. et 6. p. 227.) Dodonaeus, Calydonaeus vid. Valg. p. 194. Versum autem ejusdem Manilii I. 565. „Permeat Arctophylaca (Voss. de Gramm. ll. 38. Arctophylacta) petens per terga draconis“ ut Marklandus ita etiam ipsi silentio transmittimus. Licet vero adjicere verba Hertzbergii in Prop. ll. 17, 5. p. 148. „plurima adjectiva in — eus, quam terminationem duo propter versus necessitatem in eus corripiunt, Pegaseus ll. 30, 3. et Aeschyleus ll. 34, 41.“

Ceterum si quis hac quaestione sic peracta Eurypylidae nomen omni reprehensione exemtam esse neget, ei integrum est alterum illud, quod supra posui, sequi: Et cecinisse modis, Eurypylita, tuis.“ Quemadmodum enim liquet, unde Insula Cos Meropis dicta sit et Cyprus Acamantis, Euboea Abantis et Asopis et Lesbos Mytanis et Lemnos tellus Hypsipylea Ovid. Fast. III. 82. conf. Heins. Advers. ll. 7. p. 258., ita Eurypyli regis cognomento appellari solitam fuisse Coorum civitatem cum ex aliis, quos jam in cap. II. afferendi copia erit, locis intelligitur tum ex Hermesianactis versu 75. *Εὐρυπύλου πολιῆται Κῷοι*. Eurypylites autem recte dictum videbitur esse, si Eurypyleam (ut Dicarcheam Stat. Silv. IV. 8, 8. conf. ll. 2, 110. 135. Sil. Jtal. XIII. 385., quod idem restituendum est in libro XII. 107. Dicarchaea, et Cinyream Meurs. Cypr. I. 9. p. 29.) id cognomen fuisse sumpseris. Eodem enim modo fit *Δικαιαρχείτης* G. Dindorf. Steph. Thes. ll. p. 1471. D. *Φαναγορείτης* Steph. Byz. p. 294, 8. *Φαναγόρεια πόλις ἀπὸ Φαναγόρου* (Eustath. in Dionys. Perieg. 549. p. 212, 20.) — *ἡ νῆσος Φαναγόρη καὶ Φαναγόρεια. ἔστι καὶ ἐμπόριον τὰ Φαναγόρεια οὐδετέρως* (quo exemplo defendi fortasse licet *τὰ Δικαιάρχεια* Diodor. IV. p. 267, 36. *μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Δικαιαρχείων*, quod suspectum habet Dindorfius l. d.; Lucilii autem versus III. 3. p. 28. Dous.: „inde Dicaearchum populos Delumque minorem“ nec a D'Orvillio l. d. nec ab Vargesio de Lucil. Sat. libro III. p. 8. satis explicatus corrigi posset in hunc modum: Dicarcheon, nisi discrepantia codicum a Lindemanno enotata Paul. Diac. p. 91. dicearchicum, diciarchicum juberet restitui ipsum nomen Dicarchitum): *τὸ ἐθνικὸν ἐχρῆν Φαναγορεύς — ἐκράτησε δ' ὅμως Φαναγορείτης* et p. 203, 19. *Σώστρατος ὁ Φαναγορείτης*, *Μαρώνεια*, *Μαρωνείτης* Steph. Byz. p. 79, 33. Holsten. p. 199. b. Eckhel. Doctr. Numm. ll. p. 34. V. D. in Steph. Thes. V. p. 597. D.), *Καλαύρεια — ἀπὸ Καλαύρου τοῦ Ποσειδῶνος· — ὁ πολίτης Καλαυρείτης* Steph. Byz. p. 153, 37. *ἔστιν ὁ Σαλωνείτης — τῆς Σαλωνείας* p. 245, 32.

Caput II.

Eurypylus unus fuit Coorum rex, conjux Clytiae, Meropis filiae, avus Thessali idemque conditor Coae urbis, in qua natus Philetas. Philetae *Δημήτηρ*. Eurypylium vocatur, quidquid est Coum, ut res Agenoreae Tyriae. Coa dicitur insula Cos, ut Cea Ceos. Singularis usus genitivi: Ajacis Salamis, Pelopis Mycenae. Coam pro vestibus Cois poetae usurpant, ut Tagum pro auro.

Licet jam de Eurypylo exsequi, quae supra significavimus. De quo rege parum subtiliter disseruerunt, qui auctores citari solent, Spanhemius in Callimach. Del. 161. p. 430. Burmannus in Ovid. Met. XIII. 357. p. 884. Sturzius in Pherecyd. fr. 46. p. 177. Fuit autem Eurypylus, id quod fefellit Burmannum in Ovid. Met. VII. 362. p. 487., Neptuni filius (Pherecyd. fr. 46. ap. Schol. Jl. XIV. 255. p. 396, 41. a. *Εὐρυπύλου τοῦ Ποσειδῶνος* et Apollodor. II. 7, 1. p. 65, 21.) procreatus ex Astypalaea (Apollod. l. d. *Εὐρύπυλον Ἀστυπαλαίας παῖδα καὶ Ποσειδῶνος*), quod nomen non temere revocare videor ad memoriam veteris Coorum urbis Astypalaeae (Strab. XIV. p. 657. *ἡ δὲ τῶν Κώων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια καὶ ᾤκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ, ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάλιον καὶ μετωνόμασαν αὐτὴν Κῶν ὁμοίως τῇ νήσῳ.* Steph. Byz. p. 63, 2. *Ἀστυπάλαια — δευτέρα πόλις ἐν Κῷ.* Bochart. Chan. I. 7. p. 404. D. Hoffmann. in Peripl. p. 257. sq.). Ex qua ipsa urbe secessione facta Eurypylum in eam, quam Strabo dicit, insulae partem concessisse novamque urbem condidisse suoque cognomento appellasse manifesto perspicitur ex iis locis, quos jam deinceps afferemus. Homeri enim verba *Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν* Scholiastae Ven. et Lips. Jl. II. 677. p. 89, 15. a. interpretati sunt his: *Κῶν· ταύτην ἑλὼν Ἡρακλῆς μίγνυται Χαλκιόπῃ τῇ Εὐρυπύλου καὶ ποιεῖ Θεσσαλόν* eamque famam sequuti sunt optimi quique rerum scriptores Pherecyd. l. d. *κατασυρεὶς δὲ εἰς Κῶ τὴν Μεροπίδα* [Pind. Nem. IV. 26. *πόρθησε καὶ Μέροπας.* Isthm. V. 31. *πέφνεν δὲ — Μερόπων ἔθνεα*] *ἐκωλύθη ἐπιβῆναι τῆς νήσου ὑπὸ Εὐρυπύλου — βασιλεύοντος αὐτῆς· βιασάμενος δὲ καὶ ὡς ληστὴς ἐπιβὰς ἀνεῖλε τὸν Εὐρύπυλον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ· μιγεὶς δὲ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, Χαλκιόπῃ Θεσσαλὸν ἐγέννησε.* Scholiasta Pindari Nem. I. d. Arsen. p. 283. Apollodorus II. 7, 8. p. 71, 18. *(παῖς αὐτῷ ἐκ) Χαλκιόπης τῆς Εὐρυπύλου Θετταλός* (quibus locis fretus corrigendum arbitror apud Plutarchum Quaestt. Graec. LVIII. p. 409. Vol. VIII. *ἐγάμει τὴν Ἀλκιόπου: ἑ. Χαλκιόπην)* et 1. p. 65, 20. *προςέπλει δὲ Ἡρακλῆς τῇ Κῷ καὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Κῷοι λῃστρικὸν ἄγειν στόλον βάλλοντες λίθοις προςπλεῖν ἐκώλυον· ὁ δὲ βιασάμενος τὴν νύκτα εἷλε καὶ τὸν βασιλέα Εὐρύπυλον — ἔκτεινε· ἐτρώθη δὲ κατὰ τὴν μάχην Ἡρακλῆς ὑπὸ Χαλκώδοντος,* quae foede depravata videntur hac arte perpolienda esse: *ὁ δὲ βιασάμενος τὸν Λακτῆρα εἷλε* (Plutarch. l. d. *πρὸς τὴν Κῶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐλαυνόμενος ἐξέπεσε κατὰ τὸν Λακητῆρα καλούμενον.* Strab. XIV. p. 657. *ἔχει δὲ πρὸς νότον μὲν ἄκραν τὸν Λακτῆρα· πρὸς δὲ τῷ Λακητῆρι χωρίον Ἁλίσαρνα —· ὁ δὲ Λακτὴρ προςλαμβάνει πέντε καὶ τριάκοντα σταδίους.* Bochart. Chan. I. 7. p. 405. A., unde apud Hesychium II. p. 419. *Λακτίδες· αἱ τῆς Δήμητρος ἱέρειαι· ἀπὸ τόπου* scribendum suspicor *Λακτηρίδες* memor Cereris a Phileta carmine celebratae. Agathem. I. 4. p. 188. *ἐπὶ Λακτῆρα τῆς Κώας.* Conf. Baehr. in Plutarch. Philop. V. p. 18.) — *ἐτρώθη δὲ ὑπὸ Χάλκωνος.* Namque Eurypylus in matrimonium ducta Clytia Meropis, Triope patre nati, filia liberos habuisse fertur Chalconem et Chalciopen eo tempore adultos, quo „Herculis agmen Eurypyli urbem invasit“ Ovid. Met. VII. 363. Testis harum rerum est Scholiasta Theocriti VII. 5. *(ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτοῦ Χάλκωνος)* p. 904., cujus a doctis viris nulla habita ratio est: *ἦν δὲ ἡ Κλυτία θυγάτηρ Μέροπος· γαμηθεῖσα δὲ Εὐρυπύλῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Κώων ἐγέννησε τὸν Χάλκωνα τὸν τὴν βασιλείαν τῶν Κώων διαδεξάμενον. Περὶ Εὐρυπύλου δὲ καὶ Κλυτίας ἱστορεῖται, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς Ἡρακλέους πολιορκίας τὴν Κῶ κατοικήσαντες* (Schol. Genev. p. 23. Adert. *Κλυτία — Εὐρυπύλου τοῦ βασι-*

λέως τῶν Κώων γυνή, θυγάτηρ δὲ Μέροπος). Jtaque constans et ab Homero usque apud omnes pervulgata fama fuit ab Hercule ex Chalciope, Eurypyli Coorum regis, filia genitum fuisse Thessalum (add. Schol. Aristoph. Vesp. 1271. p. 177. Lond. *Θεσσαλὸν τὸν Ἡρακλέους* et qui loci sunt apud Burmannum Jov. Fulg. XV. p. 331. et Heynium in Apollod. ll. 7, 8. p. 492. ac Simsonum Chron. 2500. p. 128. et 2812. p. 308. Tzetz. in Lycophr. 911. p. 871. Dict. Cret. I. 14. p. 14, 8. ll. 5. p. 28, 20 „cum fratre Antipho Phidippus, quos Thessalo genitos nepotes Herculis supra memoravimus,“ unde dubito, an ab Munckero p. 183. not. 17. et Heynio in Apollod. l. d. p. 492. recte sic dissentiam, ut apud Hyginum Fab. XCVII. p. 183. „Antiphus Mnesyli et Chalciopes filius Thessalus“ corrigendum arbitrer: Antiphus, Thessali, Chalciopes filii, filius Nisyrius“ conf. Callimach. Del. 160. *Κόων — Χαλκιόπης ἱερὸν μυχὸν ἡρωΐνης.* Hygin. p. 179. „Nestor Nelei et Chloridis Amphionis filiae filius, Pylius;“ longius enim ab Hygini consuetudine recedit, quod primum succurrerat: Antiphus Nisyrius Chalciopes nepos, filius Thessali“). Cujus fabulae signum manet et Thessali nomen et aliis Cois inditum et Hippocratis filio *(Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, Κῷος γένος* Anth. Graec. Vol. IV. p. 232. Epigr. *ἀδεσπ.* DXLII. 1. Tzetz. Chil. VII. 968. p. 277. *Υἱοὶ τοῦ Ἱπποκράτους δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ Δράκων.* Fabric. Bibl. Graec. XIII. p. 415.) et Thessalarum cognomentum, quod ab eodem rege *(Θεσσαλοῦ — Ἡρακλείδαο ἄνακτος* Hom. Jl. II. 649.) ductum mulieribus Cois imposuit Cous poeta Philetas. In hanc enim sententiam interpretanda videntur esse verba Hesychii et Phavorini: *Θέσπαλαι (Θετταλαί* Bach. Philet. p. 74.)· *αἱ Κῶαι, παρὰ Φιλήτᾳ, καὶ αἱ φαρμακίδες,* quae nec ab Valesio aut Albertio p. 1703. not. 9. et 10. nec a G. Dindorfio p. 345. C. Vol. IV. Steph. Thes. *Θεσσάλαι, αἱ Κῶαι, παρὰ Φιλητᾷ καὶ αἱ φαρμακίδες* intellecta meliora facio hac distinguendi ratione: *Θεσσαλαί (Θεσσαλίδες* ut *Δαρδανίδες, Καδμηΐδες*, Jnachides, Cecropides) *αἱ Κῶαι παρὰ Φιλητᾷ· καὶ αἱ φαρμακίδες.* Quamquam non defuturos spero, qui „Triopae ex Thessalia in insulam Coam [aut in Cnidiam terram] profecti“ (Salmas. in Dosiad. Ar. Secund. p. 215. conf. in Herod. Attic. Inscr. p. 41. Spanhem. Callimach. Cer. 25. p. 682. supra p. 5.) memores Coas mulieres eadem ratione Thessalas nominari obtineant, qua, ut his defungar exemplis, a Statio Thebanas matres Tyrias et a Silio Maeonium, quidquid Etruscum est, dici constat. In re igitur tam illustri tamque testata deroganda omnino fides est Didymo in Jliad. l. d. p. 89, 17. a. Eustathioque p. 318, 34., qui pro Thessalo afferunt Eurypylum: *Εὐρύπυλος ἦν Ἡρακλέους καὶ Χαλκιόπης παῖς, ὃς ἐβασίλευε τῆς Κῶ.* Quod dictum est, ut Spanhemii in Callimach. Del. 161. p. 430. conf. Burmann. in Ovid. Met. l. d. p. 884. verbis utar, pro solito Graecorum more avorum nomina nepotibus imponendi. Ergo hoc manifesto compertum est, id quod ne Kusterus quidem in sua de Co insula dissertatione explicavit, origines Coae urbis ad Eurypylum, Neptuni et Astypalaeae filium eundemque Meropis regis generum referri auctorem. Ut et gravissime erret non modo Micyllus in Ovid. Met. VII. 363. p. 486., sed etiam Spanhemius in Callim. l. d., quem sequitur Burmannus p. 884. et, ut videtur, alter Burmannus in Prop. IV. 5, 23. p. 793. sic argumentatum: „in insigni quodam nummo a me in Gallorum Cimeliarchiis viso Hercules infantem ulnis tenens cernitur et inscr. *ΚΩΙΩΝ,* quod ad natum ex eodem apud Coos et ex Chalciope Eurypylum referas et de quo etiam, ut Coorum rege, ait Homerus *καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν*“ et reprehensione dignus sit Staverenius in Hygin. Poet. Astron. II. 16. p. 459. in re perspicua dubitandi locum esse ratus: in hac insula regnasse dicitur Eurypylus, Herculis et Chalciopes filius, unde et Eurypyli civitas appellatur. — Sin vero vera sunt, quae tradit Schol. Pind. Nem. IV. 42., insula Cos ab Eurypylo, Chalciopes patre, *Εὐρυπύλου πόλις* vocatur.“ Quo aliquanto consideratius loquutus est Heynius Obss. in Jl. p. 360. T. IV. conf. in Apollod. II. 7, 1. p. 448. Denique, si sententiae nostrae hoc firmamentum addi opus est, non fuisse duos Coorum reges Eurypylos declarat oratio Herodiani ap. Schol. Eurip. Hippol. 408. p. 453. *Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ μονοβίβλῳ τῷ περὶ κυρίων καὶ ἐπιθέτων καὶ προσηγορικῶν λέγει εἶναι τὰς πρῶτον πορνευσάσας θυγατέρας Εὐρυπύλου οὐ τοῦ Κώου, ἀλλὰ*

ἄλλου τινός. In ipsa igitur Eurypyli urbe Philetam natum fuisse cum ex aliis locis, ut Strab XIV. p. 657. *(Ἱπποκράτης τε) δή ἐστι τῶν ἐνδόξων Κῶος ἀνὴρ — Φιλητᾶς τε ποιητής)*, tum inde intelligitur, quod cives statuam ejus dedicaverunt Hermesian. v. 75. *Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται Κῶοι χαλκεῖον θῆκαν* conf. Hertzberg. in Prop. III. 1. p. 243. Patriae autem simul et Eurypyli gloriae poeta consuluit maxime eo carmine, quod Cereris nomine inscriptum fuit. De cujus carminis argumento planius meliusque, quam ex Stobaei testimoniis, quibus solis intendens Prellerus etiam l. d. p. 295. b. conf. Bernhardy. Graec. Litt. Hist. p. 398. Cereris de raptu Proserpinae conquestionem a Phileta compositam fuisse ait, existimatur ex loco Scholiastae Theocriti l. d. p. 904., qui quin in ipsius Philetae auctoritate delitescat dubitari vix potest: *περὶ Εὐρυπύλου δὲ καὶ Κλυτίας ἱστορεῖται, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς Ἡρακλέους πολιορκίας τὴν Κῶ κατοικήσαντες καὶ ὑποδεδεγμένοι τὴν Δήμητραν, καθ' ὃν καιρὸν περιῄει ζητοῦσα τὴν κόρην.* Ad quam eandem Coorum hominum de Cereris adventu famam spectat nummus, de quo Spanhemius in Callim. Cer. 9. p. 667.: „in eo nummo hinc caput Treboniani Galli, illinc raptus Proserpinae solito hujus rei in iis typo, a Plutone quadrigis vectae, cum inscr. *Ἑρμοπολειτων.* Quum autem a Stephano inter varias urbes Hermopoleos nomine dictas — una etiam in Co insula statuatur [p. 123, 8. *Ἑρμούπολις — ἐν Κῷ τῇ νήσῳ*], ad eam idem nummus potest haud incommode referri," quam suspicionem Scholiastae Theocriti l. d. testimonio firmare neglexit Spanhemius, Eckhelius autem Doctr. Numm. III. p. 102. ne paucis quidem attigit. Eodemque spectat et illa Hesychii mentio, quam supra p. 9. perstrinximus, et illa res, quod quum Nebridas in Co fuisse constet, Arnobius scribit Cererem in filiae conquisitione fessam, oras ut venerit ad Atticas, triticeas attulisse fruges et Nebridarum familiam pellicula hinnulae cohonestasse. vid. Holsten. in Steph. Byz. p. 184. a.

Quod restat, Eurypyli cognomine Coam civitatem cum ab aliis poetis tum ab ipso Propertio censeri solitam fuisse efficiendum est singulari de eleg. IV. 5, 23. quaestione. Legitur autem is locus ita:

Eurypylique placet Coae textura Minervae.

In quo explicando versatus Hertzbergius praeter consuetudinem parum satisfecit caussae et officio suo. Quod enim primo pronunciat p. 448.: „Heins. Eurypylisque, scilicet ut esset Eurypylea textura [Advers. I. 2. p. 19. et Nott. in Prop. p. 748., ubi quod additum est: vel Eurypylia, id est, ut ego arbitror, Eurypylia placet, id omnes silentio praeterierunt]. Sed quis umquam Eurypylum regem pensa fecisse exaudivit? Nec tamen defuerunt, quibus ille textor placeret [veluti Burmanno p. 793. ac Ruhnkenio Epist. Crit. II. p. 296.]," id perquam leviter et incaute pronunciatum est. Evidens est enim ab eo, qui Eurypyleam texturam memorat, non magis Eurypylum dici textorem, quam infectorem Agenorem regem a Silio Jtalico VII. 642: Purpura Agenoreis saturata micabat aenis (id est Sidoniis cadis Stat. Silv. III. 2, 140.) et Martiale X. 16, 7.: Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno (quod explicavit Burmannus in Ovid. Her. XI. 28, p. 149.) vel Oebalum ab Statio Silv. I. 2, 150.: rupesque nitent, quis purpura saepe Oebalis et Tyrii moderator livet aeni" aut textricem Semiramidem ab Martiale, qui „Babylonos picta superbae Texta, Semiramia quae variantur acu" praedicat VIII. 28, 17. Neque ullo pacto probari potest, quae subjecta est ab Hertzbergio disputatio haecce: „Haud paulo rectius Jacobsius Floril. p. 237. Eurypyli Minerva conjungit. At verius, ni fallor, et magis Propertianum, si genitivum ex nomine insulae pendentem facias, quod in adjectivo Coae latet cf. comm. ad El. III. 22, 15.," quam sententiam ab Lachmanno in eleg. V. 1, 103. p. 342. auctore video repetendam esse. Errare vero Lachmannum perspicuum inde fit, quod eum ipsum locum, cui plurimum tribuit Hertzbergius Comm. p. 379. et IV. 1, 103. p. 412., positum in Eleg. III. 22, 15.: „Et si, qua Ortygiae visenda est ora Caystri" non dubie emergit antiquitus sic scriptum fuisse:

Et si, qua Ortygia et visenda est ora Caystri

iis versus modulis, qui comparent in loco Silii Jtalici XVII. 221.: Nullaque jam Hesperia et nusquam jam Daunia tellus," hac autem sententia: qua Ortygia et Caystri ora visitur, quam nec quaerere nunc licet num assequutus sit Hauptius Rhen. Mus. 1845. p. 152. nec vacat uberius illustrare (conf. Cort. in Lucan. IV. 804. p. 55. Haas. in Reisig. Gramm. Lat. p. 746. sqq.). Sedenim latiore exordio supersedendum est, quia de eo, de quo quaerere instituimus, loco habeo quod liqueat. Eadem enim, quam in altero Propertii loco modo probavimus, emendandi ratione, qua nullam esse et faciliorem et certiorem constat (vid. Ovid. Her. XV. 188. „Et forma et meritis." codd. Heins. in Epist. VII. 5. p. 90. formae meritis. Valg. p. 135. et 299.), ad pristinam formam is versus revocari videtur:

Eurypylique placet Coa et textura Minervae.

Quo dirigit vel codicis Askeviani discrepantia: placent profecta illa ab eo, qui Coa id est vestium genus ab Pamphile Piatae filia (Plin. Nat. Hist. XI. 22, 26. p. 260. cod. Chiffl. Dindorf. Steph. Thes. VI. p. 1168. D.) inventum atque in Co insula confici solitum (vid. Boeckh. Ind. Lectt. per aest. 1847. Berol. habit. p. 6.) memorari ab Propertio crederet hoc versu: placent Coa et textura Minervae," ut Ovid. Art. Am. II. 298. Coa decere puta. Heins. Nott. in Prop. II. 1, 5. p. 677. Vlit. in Grat. Cyneg. 404. p. 255. Bochart. Chan. I. 7. p. 403. D. Dempster. Paralip. in Rosin. Antiq. Rom. V. 31. p. 891. A. 892. Schrader. Emend. VI. p. 113. Quominus autem quid verum esset docti homines perspicerent, tria potissimum videntur obstitisse, quae ordine deinceps exsequar.

Ac primum quidem in medium rem afferam, quam breviter attigerunt Salmasius Herod. Attic. Inscr. p. 41. et Gronovius Diatr. in Stat. Silv. c. XIV. p. 137. Namque insulam, cujus rex Eurypylus fuit, fuerunt qui dicerent *Κῴαν*, Coam, de cujus consuetudinis ratione dedita opera explicavimus in Theban. Parad. Coroll. IV. p. 361. conf. Meleagr. Epigr. LXXXIII. 3. p. 24. Anth. Graec. T. I. *Κῴαν κατὰ νῆσον*, quo usus est Wassius in Thucyd. VIII. 41. p. 251. Vol. V. immemor ille Strabonis XVI. p. 657. *τῆς Κῴας ἄκρα Σκανδαρία — Τέρμερον ὑπὲρ τῆς Κῴας*, Agathemeri I. 4. p. 188. *Λακτῆρα τῆς Κῴας* et, quos omisit Hoffmannus in Peripl. p. 259. p. 270. not. 1., Ptolemaei ap. Salmas. l. d. et Athenaei V. p. 209. E. *Λεύκολλα τῆς Κῴας* (quamquam de hoc ambigitur inter doctos Bochart. l. d. p. 405. A. Casaub. in Athen. p. 367, 50.). Jam hoc adjicio apud Hesychium II. p. 160. *Κάσος νῆσος περὶ Κῶν* (conf. Schol. Hom. Jl. II. 676. p. 89. a. *Κράπαθος καὶ Κάσος νῆσοι περὶ τὴν Κῶν)*, ubi in codice (Schov. p. 407.) legitur *κόαν*, reponendum esse *περὶ Κῴαν*, quod quum aliquanto rarius sit, quam *ἡ Κῴα*, invenitur tamen apud Agathemerum l. d. p. 189. *ἐπὶ Δράκανον Κῴας*. Ut idoneis documentis stabilita sit ea res, de qua Bernhardyus in Dionys. Perieg. 533. p. 669. videtur dubitasse: „neque Wassius, ut alios praeteream, imprimis Schrader. ad Avien. 713., ad Thuc. 8, 41. idoneis persuasit argumentis *Κώα* et *Κῶος* invaluisse." Jdem recepit latina consuetudo. Veluti apud Varronem est de Re Rust. II. Prooem. 3. p. 212. „vindemiam condimus ex insula Coa et Chia" et in Plinii Nat. Hist. libro V. 31, 36. p. 363. Sill.: „nobilissima autem in eo sinu Cos —, ut plures existimant, Merope vocata; Coa, ut Staphylus, Meropis, ut Dionysius;" sic enim non proclivi magis (quod Coorum et Ceorum nomina saepe confusa sunt vid. Broukhus. in Prop. I. 2, 2. p. 7. Wyttenbach. Philom. III. p. 107. sq. add. Varr. l. d. Plin. XI. 22, 26. p. 260. in Ceo. codd. Coo), quam vero instituto emendare videor id, quod in libris est: Cea, Chea (ut Choi codd. Prop. I. 2, 2. III. 1, 1. Tib. II. 3, 53. Jsidor. XIX. 22, 13. p. 600. cod. D'Orv. Hygin. Poet. Astron. II. 16. p. 459. al.), ut fallantur et Pintianus ac Micyllus in Ovid. Art. Am. II. 298. p. 619 hujus scripturae auctores: Cos, ut Staphylus" et Salmasius Exerc. Plin. p. 102. b. C. Broukhusiusque l. d., qui „ipsam Coon olim Ceam quoque fuisse dictam" crediderunt conf. Boeckh. l. supra d. Qua comprobata emendatione oratio similis fit loco V. 31, 38. p. 364.: Chios —, quam Metrodorus et Cleobulus Chiam appellant" et

IV. 12, 20. p. 288.: „deinde eos —, quam nostri quidam dixere Ceam," quos quidem recensent Heinsius in Ovid. Her. XX. 222. p. 305. et Met. VII. 369. p. 488. Verheykiusque in Antonin. Liber. I. p. 10. sq. et Drakenborchius in Liv. XXXI. 15, 8. p. 481. Vol. IX. et Bosscha in Apulej. Apol. p. 399. b. add. Sallust. Hist. fr. libr. VI. p. 1010. „Ceam insulam". Denique, ut praeteream verba Vibii Sequestr. p. 22.: „in insula Coa Asiae," quoniam cod. Paris. alter habet Co Asiae ut p. 27. „in insula Chio" et ejusdem verba p. 13.: Lycastus Coae, a quo Lica civitas," quae hoc modo exigenda esse: Lycastus Cappadociae, a quo Lycastus civitas" apposite ad fidem Scylacis Peripl. p. 80. *πόλις Ἑλληνὶς Θεμίσκυρα, Λύκαστος ποταμὸς καὶ πόλις Ἑλληνίς* et Stephani Byz. p. 303, 18. sive Creuz. Fragm. Hist. p. 80. sq. et Marciani Peripl. p. 179. conf. Taylor. Lectt. Lys. c. IV. p. 687. nec Bochartus vidit Chan. l. d. p. 405. A. nec Oberlinus p. 141.: quantopere invaluerit Coae nomen inde emergit, quod in iis Quintiliani, Hygini, Jsidori locis, de quibus dicetur cap. V. in ea, quae de nominibus *Κόως,* Cous restat, quaestione, aliquot codices pro Coo literis consignatum habent Coa. Postremo Aegypti urbs, quae *Κῶς* appellatur a Stephano, ab Hieronymo Coa dicitur Bochart. Hieroz. I. P. II. 9. p. 171, 69.

Sequitur, ut id dicendi genus, quod in hoc Propertii loco cernitur, a nullo adhuc animadversum allata aliquot exemplorum similitudine illustre faciamus et testatum. Sic igitur hic Eurypyli Coa dictum est, ut in illo versu — nam commemini —: Cadmique Tyros te lumine vestit Purpureo" Cadmi Tyros, quam Propertius III. 13, 7. et Martialis VI. 11, 7. conf. Sil. Jtal. XIV. 579. Cadmeam Tyron vocant, et in Senec. Tro. versu 844. Ajacis Salamina (*πόλις Αἴαντος — Σαλαμίς* Pind. Isth. IV. 48. Bergk. de Com. Att. Antiq. p. 241.) et 855.: absit Argos et saevi Pelopis Mycenae," quas Ovidius Met. VI. 414. et Fast. III. 83. dicit Pelopeiadas Mycenas more scriptorum communi, de quo edisseruit Heinsius Advers. II. 7. p. 257. sq. Hinc aliquo modo differt Sidonius Apollinaris Carm. V. 322. p. 54.: Post Capreas Tiberi et VII. 104. p. 80.: Capreasque Tiberi Et caligas Gaji" conf. Claudian. in Eutrop. II. 61.: Quid senis infandi Capreae, quid scena Neronis Tale ferunt?" et IV. Cons. Hon. 314. „rupes Caprearum — Incesto possessa seni." Similiter Graeci scriptores, uti Callimachi Del. 20. *καὶ Μακρὶς Ἀβαντιὰς Ἐλλοπιήων* et Meleager Epigr. CXXVI. 6. p. 38. Anth. Gr. T. I. *Κῶς δ' ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει,* quorum vim verborum non cepit Spanhemius in Callim. Del. 160. p. 429. ita interpretatus: Cos vero amabilis, Meropum senem in senectute alit." Quibus exemplis adjicere licet, quod praeteriit cum alios tum Munckerum in Hygin. Fab. LXXXI. p. 156., exemplum Sidonii Apollinaris Carm. VII. 74. p. 79.: Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes Armeniae, Tagus Aethiopum Tanaisque Getarum Jam Tibrim tremuere meum." Nec omitto, ut universum genus breviter designem, aut Silium Jtalicum VIII. 601. „parvique Bononia Rheni" aut Virgilium Georg. I. 138.: Hyadas claramque Lycaonis Arcton," quam Lycaoniam Arcton vocant Ovidius Fast. III. 793. et Claudianus Bell. Get. 246., Avienus Arat. Phaen. 118. 1230. Sidonius Carm. XXII. 183. p. 176. aut Propertium II. 34, 37.: Adrasti Arion id est Adrasteus Arion Stat. Silv. I. 1, 52. *Ἀδράστου ταχὺς ἵππος* Hom. Jl. XXIII. 347., quae Propertii verba sic immutavit Barlaeus Heroic. III. p. 372.: Adrasto celebris vocalis Arion." Jtaque Propertius hoc, quo diximus, modo idem posuit, quod Homerus Jl. II. 677. *Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν* („insulam Co" Staver. l. supra p. 10. d.) et Hermesianax v. 75. *Εὐρυπύλου πολιῆται Κῶοι* et qui neglectus est a Ruhnkenio Epist. Crit. II. p. 296., non item a Bachio in Hermesian. p. 163., Ovidius Met. VII. 363.: Eurypylique urbem, qua Coae cornua matres Gesserunt —, fraternis subdidit undis" Lactantiusque Narr. Fab. VII. 10. p. 837.: ab his regionibus digressam Eurypyli urbem contigisse."

Restat, ut quam instauravimus orationem: Eurypylique placet Coa et textura Minervae comprobemus et integram esse et Propertii consuetudini convenientem. Nec longe repetenda est idonea exemplorum similitudo. In eodem enim carmine v. 21. est:

Si te Eoa Domazanum juvat aurea ripa;

quem versum nuper in Subsicivis c. 1. Schneidevin. Philolog. p. 719. sq. persanavimus disputatione, praeterquam quod mentionem Merkelii omisimus, ceterum plena et copiosa. Et Merkelius quidem in Ovid. Fast. p. CCL. sq.: cod. Leidd. dorozantum, dorotantum, deroratum, derorantum. Nihil expeditum est de hoc nomine. Jacobi conatus magno stare potuit his studiis si samscritici rescivissent. Tertullianus ad nat. 2, 8. deos Obodane dussirim Arabum h. e. Obodan et Dusaren tradit. Utrumque id nomen extat apud Stephanum Byzantium [et alibi vid. Electt. Critt. p. 29.] et dicitur fuisse Arabum sive Dacharenorum, fortasse etiam Dacharenum, ut Tyrrhenum," quam opinationem examinari non opus est. Vides igitur eadem ratione hic memorari Domazanum ripam (et aurum) atque in altero loco Eurypyli Coam et texturam Minervae, quae verba contemplatus reminiscor Hertzbergii Quaestt. Prop. II. 6. p. 150. (conf. Ouwens. Noctt. Hag. III. 6. p. 403. sq.): figuram Virgilio imprimis usitatissimam ἓν διὰ δυοῖν semel tantum, quod sciam, Propertius admisit III. 4, 9. Crassos clademque piate" (qua eadem in pagina adjici oportebat versus II. 4, 7. sic distinguendos fuisse, ut mentione Medeae — Cytaeidis Lobeck. Paralip. Diss. I. 5. p. 24. sq. — et Perimedae illustraretur prima oratio: non hic herba valet:

Non hic herba valet: non hic nocturna Cytaeis,
Non Perimedeae gramina cocta manus).

Poterat autem ipsum Coae civitatis nomen mentione texturae non adjecta in significatione Coarum vestium poni, quemadmodum a Claudiano Epigr. XII. 2.: Marmoreum ne sperne globum — nec rubro vilior iste mari" rubrum mare dicuntur gemmae inde ortae et Tagus aurum ab eodem Claudiano in Pr. Cons. Stilich. II. 229. „fulvaque intexta micantem Veste Tagum" et a Silio Jtalico XVI. 451. „pocula — Aurifero perfusa Tago" et Tyrus purpura ab iis, quos attulimus Valg. p. 434. et Carystos marmor Carystium a Statio, de quo Marklandus in Silv. I. 5, 27. p. 207. sq.

Caput III.

Acetine et similia nomina. Joles (Oechaliotidis) fastus. Alope formosissima. Venus Parens (Genitrix) Anchisam (nec vero Paridem) conciliante Baccho sic amasse in Jdaea silva fertur, ut conjux esset. Anchisae sepulcrum et thalami. Bacchus deus rusticus et cum frugiferae cujusque arboris, tum malorum (punicorum), quae Venus dono accepit, auctor. De Bacchicis antris. Num a Nais fiat Naicus. Nanae (Nanidis) fabula. Quae in punico malo inesse vis arcana credita sit.

Postquam multiplex illa de Propertii eleg. III. 7, 35. quaestio peracta est, redire paucis licet ad eum locum, quem in capite I. p. 7. attigi. Ab eodem enim genere, cujus est Taenarides, repeti oportuerat illud Cytaines, quod ab Propertio I. 1, 24. positum esse Hertzbergius p. 8. conatus est iis nimirum exemplis efficere, quae genere differunt: Adrastine, Nereine, heroine, Neptunine; quibus tralaticiis (Naek. de Callim. Hecale in Welck. Mus. Rhen. II. p. 526. conf. Bergk. de Com. Att. Antiq. p. 149.) adjicio Atrine (ap. Pompej. Comm. Art. Donat. IX. 11. p. 113. et Cassiodor. de Orat. p. 562. exempl. Venet.: Atris, Atrias, Atrine," quod ad Pompeji fidem sic exigendum est: Atreis, Atreias) et Πριαμίνη (ap. Tzetz. Exeg. in Jl. p. 59, 22. conf. Schol. Oppian. Hal. I. 386. p. 39., quod omissum est in Steph. Thes. p. 1596. B. Vol. VI.). Aliquanto aptius congruentiusque fuit afferri Ovid. Met. VIII. 537.: matres Calydonides Eueninae („id est habitantes juxta Evenum fluvium" gloss. cod. Arundel. ap. Heins. p. 594.); nam omitto Nonacrine ab ipso Heinsio in Ovid. Her. Ep. I. 103. p. 81. fictum et Φαιακοσίνη, quod ex Inscr. Corcyr. in Diar. Jtal. Montfauconii p. 422. petitum cum Εὐηνίνη, Ἀδρηστίνη componere non dubitavit Valckenarius in Herod. VIII. 65, 7.

p. 986. Galsf. Ceterum ego hac similitudine, si modo est ulla similitudo, adeo non moveor, ut unius litterulae facta mutatione, quae vel maxime in Propertii libros cadit uti III. 10, 31. Aeaeae. codd. Burm. p. 611. Caeae. Ceae. eeae et II. 23, 41. Aeaei codd. p. 440. Eaci, Eaei et II. 25, 29. Erethei. Crethei add. Valg. p. 134. sq., conf. Fest. Avien. Orb. Descr. 655. etinen, credam reparandum esse Aeetines:

Posse Aeetines ducere carminibus,

ut hic quasi ordo errorum ducatur: citinis (cythinis Askev. cytheinis Regg. Leidd. citheinis D'Orv.), eitinis, *Αἰητίνης* (conf. Salmas. in Vopisc. Prob. 4. p. 641. et Pertinac. 13. p. 566. Propert. II. 25, 29. Gargetti, ut infra dicetur, codd. Erithei, critei. Tertullian. l. supra p. 14. allato). Quod nomen Graecorum sermone celebratum (Dionys. Perieg. 490. *ἀλήμονος Αἰητίνης*. Schol. in Hes. Theog. 389. p. 509, 16. *τὰ τοιαῦτα ὀνόματα ὁ μὲν Ἅβρων φησὶ πατρωνυμικὰ, Ὠκεανίνη, Ἀδρηστίνη, Αἰητίνη· Τρύφων δὲ παρώνυμα, ἐπεὶ οὐκ ἔχει ἄῤῥενα παρακείμενα πατρωνυμικῶς τοῦ αὐτοῦ*, quem locum omisit Fixius Steph. Thes. p. 940. D. Vol. I.) extat apud Ovidium et Festum Avienum, de quibus dixerunt Vossius in Valer. Flacc. VII. 183. p. 598. et Heinsius in Ovid. Her. l. d.

Et in hoc quidem Propertii loco corrigendo parum considerate et subtiliter versati sunt docti homines; verum gravius quiddam dicendum est de eleg. III. 11, 9. 10. disserenti. Quos versus satis mirari nequeo quod nihil vitii suspicati per tot saecula omnes deinceps interpretes legere consueverunt sic scriptos:

Haec etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quaeque terunt fastus, Jcarioti, tuos.

Ergo Penelopam nominari Jcariotidem? Reclamant grammaticorum praecepta, quibus Jcarii filiam dicere jubemur Jcarionen, ut Maxim. *περὶ καταρχ.* 90. *νόον αἰνετὸν Ἰκαριώνης*. Osann. de Eratosth. Erigon. p. 30. Meinek. Parthen. fr. XIX. p. 273. sq. (conf. *Ἀσιώνη* Anecd. Bekk. I. p. 451, 32.), ut vehementer mirer a viro accuratissimae doctrinae Hemsterhusio in Lucian. Dial. Deor. XXII. 1. p. 317. haec scribi potuisse: poetis Penelope *Ἰκαριώνη*, Propertio Jcariotis." Jstudne vocabuli non modo apud Propertium, sed omnino in Latino carmine locum habere, quod simile his: *Ἀμβρακιῶτις, Μασσαλιῶτις, Πηλιῶτις, Φθιῶτις, Ἀργειῶτις* — nam omitto *βακχειώτης* Himer. Or. XIII. p. 596. et Reisig. Comm. Crit. in Oed. Col. p. 289. et talia Bernhardy. Dionys. Perieg. 565. p. 681. — nec ad Penelopam quidquam pertinet et nusquam extat? Eandemne, quae nominatim affertur v. 24.: Nec fida Euadne nec pia Penelope," hic quoque usurpari oratione intempestiva et praepostera? Fastune (quo insignem fuisse tradunt Atalantam Jasidem Propertius I. 1, 10. et Ovidius Art. Am. II. 186.) eam reginam censeri, quae cum communi omnium consensu tum ab ipso Propertio censetur pietate? Pudicasne proprie ac peculiariter dici puellas, non item uxores? clausarumque puellarum pudicitiam jactari ac praedicari? Recessisse cultissimum poetam ab ea describendi diligentia, quam adhibuit Nicephorus, apud quem Progymn. VII. 2. p. 469, 24. Atalanta, Schoenei filia: *μήλων χρυσῶν ἡττηθεῖσα μετὰ Δανάης* (clausa puella) *ὑπὸ χρυσοῦ τὸ παρθενεύειν ἀφῄρημαι* aut Rutilius altero versu nuptarum, altero virginum mentionem complexus Jt. I. 359. 360. et ipse Propertius v. 23.: hic nulla puella Nec fida Euadne?" Sed nolo pluribus increpare illam orationis, in qua acquieverunt docti homines, inanitatem. Quam licet totam exiguo conatu tollere. Quod enim nunc legitur Jcarioti, id antiquitus sic scriptum fuisse icalioti non minus certum est, quam apud Lucanum VIII. 716. posthabita codicum fere omnium (Burm. p. 592.) auctoritate: Jcario recte prodi jamdudum coeptum esse Jdalio et (ut omittam L. IX. Dig. de Leg. Rhod. ap. Bynkershoek. Opusc. I. p. 205. et Hygini verba Fab. CLXXXVI. p. 261. sq. ap. Cuper. Epist. ad Heins. CCCCXLII. p. 731. Syll. Burm. T. II. Corippique de Laud. Justin. III. 95. a nobis pertractata in Electt. Critt. p. 40. 42. add. Valg. p. 506. a. sq.) Sophocli Antig. 1118. *κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν* reddendum

esse *Ἰκαρίαν* de iis caussis, quas in Electt. Critt. p. 32. sq. expositas probari Teuffelio in Annall. Tubing., ab Osanno in Actis Philologorum Marburgi congressorum percipi non potuisse audio. Jcalliotis (Jchaliotis) autem sive Oechaliotis — nam parum haec differre docent confusa nomina *Ἰταλία* et *Οἰχαλία* Schubart. Pausan. IV. 2, 2. p. 10. Jtalides et Oebalides Heins. in Ovid. Fast. III. 230. p. 170. Jdipus et Oedipus aliaque plurima Salmas. in Spartian. Hadr. 26. p. 216. add. Virg. Aen. VIII. 291. Oechaliam. codd. Burm. p. 297. Aethaliam. Oetaliam. Diodor. IV. p. 282. 100. *Οἰχαλίαν*. Pogg. Aetholiam. — intelligitur Jole, Euryti filia. Steph. Byz. p. 217, 8. sive Eustath. in Jl. II. 596. p. 298, 18. sq. 33. *ἡ δὲ Οἰχαλία πόλις ἐστὶν, ἧς — ποτὲ ἦρχεν ὁ τοξικώτατος Εὔρυτος, οὗ θυγάτηρ Ἰόλη —· πολίτης δὲ Οἰχαλίας Οἰχαλιεὺς καὶ Οἰχαλιώτης· — φησὶ γὰρ ἡ ἱστορία, ὅτι ὁ ἱστορικὸς Λῖνος Οἰχαλιώτης ἦν.* Joles autem quantus fuerit fastus, scribunt, quorum nullam rationem habuit Sturzius in Pherecyd. fr. 46. p. 175. sq., Plutarchus Parall. XIII. p. 420. Vol. VIII. *Ἡρακλῆς τοῦ Ἰόλης γάμου ἀποτυχὼν τὴν Οἰχαλίαν ἐπόρθησεν· ἡ δ' Ἰόλη ἀπὸ τοῦ τείχους ἔῤῥιψεν ἑαυτήν· συνέβη δὲ κολπωθείσης ὑπὸ ἀνέμου τῆς ἐσθῆτος μηδὲν παθεῖν, καθάπερ ἱστορεῖ Νικίας Μαλλώτης* et locupletior testis Hyginus Fab. XXXV.: „Hercules cum Jolen, Euryti filiam, in conjugium petisset, ille eum repudiasset, Oechaliam expugnavit. Qui ut a virgine rogatur, parentes ejus coram ea interficere velle coepit. Illa animo pertinacior parentes suos ante se necari est perpessa. Quos omnes cum interfecisset, Jolen captivam ad Dejaniram praemisit." De quo loco duo adjicienda sunt: a Scheffero et antea a Delrio in Senec. Herc. Oet. 206. p. 613., de quo nemo commemoravit, hanc correctionem: illa repudiasset" factam esse nequidquam (conf. Muncker. in Fab. XXXI. p. 91.), vocem rogatur autem, quam fieri jusserunt Delrius et Schefferus rogaretur, Heinsius ap. Munck. p. 96. objurgatur, sic reparandam videri: ut a virgine negatur id est *ὡς ἀναίνεται ἡ παρθένος,* ut a virgine nox negatur vid. Heins. in Ovid. Art. Am. III. 95. p. 660. et quos locos praeteriit Ruhnkenius in Tim. p. 275., Art. Am. I. 127. p. 550. et Met. XIII. 741. p. 916. Dissen. in Tibull. I. 4, 15. p. 91. Ceterum Ovidius quoque ad illos fastus videtur quodam modo attendisse scribens Her. IX. 129.: Dat vultum populo sublime sub Hercule victo: Oechaliam vivo stare parente putes." Verum restant in Propertii loco duo, quae vetere negligentia contaminata purgemus. Quod enim per se ipsum, ut supra significavimus, ferri nequit: clausas pudicas, idem suspiciosum efficit memoria codicum, ex quibus Mentelianus et Leidensis primus causas praebent, Neapolitanus nittas „in qua corruptissima a manu pr. scriptura quid lateat, divinando assequi" nec Burmannus p. 616. potuit nec alius quisquam. Ego vero recordatus et illam permutandi litteras c et t consuetudinem, cujus documento est Martial. III. 93, 26. taedas. codd. cedas. Valg. p. 504. et Propertii eos libros, in quibus I. 8, 21. pro taedae extat dete, thede, utrumque vocabulum non dubito sic confundere (chidas Neap.), ut emergat taedas:

Haec etiam taedas expugnant arma pudicas,

ut II. 23, 111. lectum pudicum. Quod verum esse declarat etiam Rutilii locus et sententia et verbis adeo congruens, ut ad ipsius Propertii exemplum expressus videatur esse, id quod ne Barthius quidem animadvertit ad Stat. Theb. IV. 187. p. 966. et 363. p. 1039. conf. Buenemann. in Lactant. Inst. I. 10, 12. p. 62., It. I. 359.:

Aurea legitimas expugnant munera taedas
Virgineosque sinus aureus imber emit.

Quamquam tanta est Neapolitani codicis auctoritas, ut etiam hoc integrum videatur esse, ut Propertio reddatur vittas pudicas. vid. Salmas. in Tertullian. Pall. p. 351. sq. et quos affert Weitzius in Valer. Flacc. VIII. 6. p. 645., ac Spanhem. in Callim. Cer. 5. p. 660. sq. Deinde quod Hertzbergius p. 320. ratus „vocem Quaeque inveteratum libb. mss. ulcus esse" recepit Haecque, id si omni grammaticorum reprehensione caret — negant enim „particulam que recte

adjungi litterae c," de qua quidem re accuratius videbimus in eleg. ad Messall. v. 45. —, criticorum quidem praeceptis non est consentaneum. Nec latet, unde manaverit quaeque in codd. Groning. Neap. Hamb. consignatum et quaque, quod habet Nestoris Vocabularium. Quorum illud Heinsius in Claudian. Eutrop. I. 65. p. 379. Cannegieterus in Avian. Fab. IV. 10. p. 38. b., hoc idem Heinsius in Ovid. Trist. I. 9, 65. p. 489. Burmannus in Grat. Cyneg. 47. p. 49. Schwarzius in Plin. Paneg. XXXI. 6. p. 114. Drakenborchius in Liv. VI. 35, 9. p. 310. T. III. P. II. docent frequenter confusum esse cum ipso eo, quod reddendum est Propertio: Quamque, ut illud: Quam timeo. vid. Horat. Tursellin. p. 806. Heins. in Claudian. l. d. et Ovid. Met. VIII, 64. p. 550. Cort. in Cic. Epist. ad Fam. II. 10, 1. p. 76., quem citat Arntzenius in Incert. Paneg. Maximian. 8, 1. p. 327. Quo dicendi genere imprimis delectari ipsum Propertium comprobavit Hertzbergius Quaestt. Prop. II. 6, 2. p. 113. Ad pristinam igitur formam revocasse illos versus videmur sic scriptos:

Haec etiam taedas (vittas) expugnant arma pudicas:
Quamque terunt fastus, Oechalioti, tuos!

Jam vero quam mentionem vetustate oblitteratam in hoc loco instauravimus, eam tollimus a multis susceptam in eleg. II. 21, 51.

Sunt apud infernos tot millia formosarum:
Pulchra sit in superis, si licet, una locis.
Vobiscum est Jole, vobiscum candida Tyro,
Vobiscum Europe nec proba Pasiphae.

De quo loco ita disputat Hertzbergius p. 190. „Antiopen pro Jope invexit Puccius. — Jole, quod certe Gron. commendat, inde a Broukhus. usque ad Jacobum libros occupavit. Sed in tanta poetae nostri doctrina satis est, quod Cephei uxorem fuisse eam scimus heroidem procul dubio sua fama non carentem vid. Steph. Byz. s. v." Scilicet quum quae nesciamus sint plurima, illud unum deest, ut non modo res afferatur, quam ipse auctor leviorem facit poetarum famam ille minime sequutus (p. 147, 17. *οὐ ἔστι γυνὴ Κασσιέπεια, ὡς οἱ Ἕλληνες κακῶς φασιν* conf. Con. Narr. XL. p. 143, 6.), sed sciri posse desperetur, quod liceat resciscere nullo negotio. Quid enim? illa, quae in codicibus comparet, litterarum varietas: Hyope, Jope (iope: lope, ut Balas pro Bajas cod. Putean. et duo Voss. Martial. IV. 57, 6. Drakenb. Liv. II. 23, 3. p. 190.), Jople, Niobe, Jole, Antiope nonne fatetur nomen Alope? Quam neglecto Tyrus nomine commemoravit Clemens Alex. Adm. ad Gent. p. 20. *A. κάλει μοι τὸν Ποσειδῶ καὶ τὸν χόρον τὸν διεφθαρμένον ὑπ' αὐτοῦ τὴν Ἀμφιτρίτην, τὴν Ἀμυμώμην, τὴν Ἀλόπην —, τὴν Ἀλκυόνην — τὴν Χιόνην, τὰς ἄλλας τὰς μυρίας* add. Gronov. in Jul. Firmic. de Err. Prof. Relig. p. 427., ut omissa Alope Tyro Ovidius Her. XIX. 131. „Si neque Amymone nec laudatissima forma Criminis est Tyro fabula vana tui Lucidaque Alcyone" et Aristides Or. III. p. 43. Boisson. Philostr. Ep. p. 209. Sed satis est attulisse Hygini verba Fab. CLXXXVII. p. 309. „Alope, Cercyonis filia, formosissima quum esset, Neptunus eam compressit."

Nec magis considerate docti homines loquuti sunt de hoc Propertii loco II. 23, 89.:

Ipsa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Non minus in coelo semper honesta fuit,
Quamvis Jda Parim pastorem dicat amasse
Atque inter pecudes accubuisse deam.

Hoc imprimis, inquit Hertzbergius p. 218. sq., sollicitas habuit interpretes, quod alias numquam Paridem a Venere amatum esse referretur. — Itaque alii — de Oenone nympha Paridis amica cogitaverunt, alii ad conjecturas refugerunt, inter quas memorabilis sane et ingeniosa Valckenarii est haec: Quamvis Jda boum pastorem —," cui ut audacia, ita elegantia longe cedit Kaemmereri inventum: Quamvis Jda impar; impar pro impari conditione, deam — hominem. — Nos vero omnia, sicut

in libris scripta sunt, sarta tecta habemus, quia hic ut toties uni huic poetae nostro doctissimo notitiam ejus amoris deberi minime invidemus.“ Ergo doctissimo cuique poetae quidlibet audendi potestatem faciunt; summam autem fingendi audaciam hic cerni Propertii declarant testes harum rerum locupletissimi, qui illius amoris ne tenuissimum quidem argumentum ex monumentorum vetustate eruerunt, Klausenius de Aenea et Penatt. p. 32. not. 112. et Naekius in Caton. Ecl. 69. p. 204. Atenim doctrinae laus metienda est rationum probabilitate, quas sequutus novam atque inauditam fabulam induxisse scriptor videatur; cujusmodi rationem nec Hertzbergius anquisivit nec Klausenius l. d. salvo Propertii honore ac dignitate attulisse videtur malum Veneri ab Paride judice datum in eam partem interpretatus, in quam disseruit Lipsius Antiq. Lectt. III. p. 93. Verum ut concedam, quod vel propter Clementis (Adm. ad Gent. p. 21. B.) Arnobiique et talium scriptorum silentium minime concedendum puto, Propertium interiores quasdam abstrusasque litteras scrutatum prompsisse illam Paridis ab Venere amati fabulam: factum id in hoc loco esse pernego. Quid enim? illi opinioni nonne omnino refragantur versus 36 — 40 nequaquam, ut accuratius dicemus infra, facti ad significandum subitum aliquod Veneris furtum, quale adulterium cum Paride initum illi docti dicunt fuisse? Sed firmissimum hoc affertur, quod minime rationi sit consentaneum, si quis Venerem dei conjugis immemorem cum homine rem habuisse obtinere ac convincere instituat, eum rem, quae aut suspiciosa est aut subobscura, proferre non addita mentione, quae manifesto illud crimen coarguat, Anchisae et Adonidis, quos Veneris adulteros et habere et nominare nulla umquam aetas intermisit vid. Naek. l. d. p. 204. et v. 66. p. 198. Epigr. ἀδεσπ. CCXLVII. Anth. Gr. p. 168. T. IV. Γυμνὴν εἶδε Πάρις με καὶ Ἀγχίσης καὶ Ἄδωνις. Quid, quod Romani orationi poetae, qui „magna crimina excuset Veneremque affirmet semper in coelo honestam fuisse“, nihil non modo promptius et magis propositum, sed aptius convenientiusque fuit, quam Anchisae ipsius nomen „cujus nuptias post Vulcanum Martemque arsisse ipsam illam Venerem Aeneadum matrem et Romanae dominationis auctorem“ constanti famae assentiens scribit Arnobius IV. p. 146. Burmann. in Sabin. Epist. III. 65. p. 860. Accedit, quod haec oratio ipsa: Jda Parin pastorem deam amasse dicit“ et indigna est et aliena cum omnium tum Propertii usu, qui sic fert, ut aut hoc ponatur: Jda deam Parin amasse dicit“, in quo nihil inest inutile atque supervacaneum, aut (si Anchisen intelligi sumis): Jda deam pastorem amasse dicit“; sic enim veteres loquuntur de Paride: Helenam rapuit Phrygius, Dardanus, Jdaeus pastor (Τεῦκρος βούτης Dosiad. Ar. Sec. v. 4. Coluth. v. 10. βάρβαρος ποιμήν Charit. Aphrod. V. 3. p. 109, 5. fatalis pastor Senec. Ag. 730. Cerd. in Virg. Aen. VII. 363. p. 63. C. Bosch. in Anth. Graec. T. V. p. 88. Mitscherl. in Hor. Carm. I. 15, 1. p. 163.): in Ida sedit judex pastor sive Phryx, Laomedonteus pastor (Callimach. Lav. Pall. 18. τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν. Stat. Silv. I. 2, 43. Sil. Ital. VII. 437. 465., quorum, ut ego arbitror, memor Schraderus ap. Burm. p. 450. a. hoc scribendi genus conjectavit: Jda Phrygem pastorem); de Anchisa: Jda vidit pastorem ab Venere amatum (Burm. in Prop. l. d. Naek. l. d. p. 198. Klausen. p. 32. Boissonad. in Philostr. Ep. 39. p. 110.). His igitur de caussis, quas et multas et graves attuli, pro comperto liquet id, quod maxime Valckenarius Callim. Eleg. fr. p. 71. sq. 76. et Naekius p. 204. suspicati sunt, vitium penitus jam insedisse atque inveterasse in hoc loco. Quem non proclivi magis quam certa emendatione perpolio hacce:

Quamvis te Jda, Parens, pastorem dicat amasse
Atque inter pecudes accubuisse deam;

te enim in Vaticano sec. (Perrej.) et Colot. repertum annotavit Burmannus p. 450. conf. Heins. Nott. in Prop. p. 709., quod eo verborum ordine positum est, qui cernitur in locis in Comm. de Valg. p. 47. sq. allatis. Hanc emendationem autem quam necessariam tam perspicuam esse vel ex iis emergit, quae supra disputavimus; probabilem esse et ad litterarum fidem maxime appositam docet Sabini versus Epist. III. 70., quem sic emaculavit Heinsius p. 860: Jmmunis sub quo non fuit ipsa parens“ antea

eodem vitio contaminatum: sub quo non fuit ipse Paris“; hoc enim reliqui codices tenent; margo Bersmanni ipsa Parin, quod idem in Propertii aliquot libris extat: Parin, Pari, quum in Neapolitano sit parī (cui simile est p̄r pro parens scriptum in cod. Klock. Liv. V. 49, 7. p. 405. T. III.). Parens autem in utroque loco Venus intelligitur, quam alii vocant Aeneadum matrem, Aeneadum genetricem (Ciofan. in Ovid. Trist. II. 261. p. 520. Sitzmann. in Rutil. Jt. I. 67. 68. p. 28. Bochart. Ep. de Aenea p. 8. sq.), Genetricem (Harduin. in Plin. Nat. Hist. II. 23. p. 280. sq. Eckhel. Doctr. Numm. VI. p. 511. et quos citat Oudendorpius in Sueton. Caes. LXI. p. 101. not. 2., maximeque Kopp. in Martian. Capell. I. 85. p. 125. Klausen. de Aen. et Penatt. p. 897. Serv. in Virg. Aen. I. 720. p. 176. Burm. „Venus-genetrix ex Caesaris somnio sacrata“, quae Lionus p. 108. sic corrupit: Venus — Nutrix“; nam Dan. Fabr. netrix. Conf. Jnscr. Orell. 1373. p. 283. Vol. I.: Venus — Matrix). Anchisem igitur Venus sic amasse fertur, ut conjux esset. Rem ne a Naekio quidem l. d. p. 198. satis perceptam declarant Agathias Epigr. XXXIII. 1. p. 15. Anth. Gr. IV. *Σὸς πόσις Ἀγχίσης, τοῦ εἵνεκα πολλάκι, Κύπρι, Τὸ πρὶν ἐς Ἰδαίην ἔτρεχες ἠϊόνα.* Clemens Alex. Adm. ad Gent. p. 21. B. *Ἀφροδίτη δὲ ἐπ᾽ Ἄρεϊ κατησχυμμένη — Ἀγχίσην ἔγημε — καὶ ἦρα Ἀδώνιδος* Arnobiusque et Firmicus ap. Burmann. in Sabin. Epist. III. 65. p. 860. et qui luculentius scripserunt, Theocritus XX. 34. *Κύπρις ἐπ᾽ ἀνέρι μήνατο βώτᾳ καὶ Φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν* et Nonnus XV. 209. p. 424, 21. *Ἴκελος Ἀγχίσῃ ῥοδοειδεῖ, τοῦ ποτε Κύπρις Ἀργεννὴν ἐνόμευεν ὀρεσσινόμων στίχα ταύρων Κεστὸν ἐλαφρίζουσα βοοσσόον,* quos locos si cognitos habuisset Kaemmererus futurum, ut ego existimo, erat, ut hoc potius modo Propertii versum corrigi juberet: Quamvis Jda parem pastores (ut Philostr. Epist. 39. p. 19 *ἦρα — ἡ Ἀφροδίτη βουκόλων)* dicat amasse — deam;“ sententiam vocis par enim subtiliter explicarunt Munckerus in Hygin. Fab. CXXXVI. p. 242. et Hertzbergius in Prop. I. 5, 2. p. 19. Ceterum illius fabulae signa manserunt et annua illa pastorum bubulcorumque sollemnia, de quibus Eustathius memoriae hoc prodidit in Hom. Jl. XII. 98. p. 894, 35. conf. Heyn. in Virg. Aen. III. 710. Exc. XVII. p. 589. et II. Exc. XVII. p. 437. *ἐδείκνυτο δέ, φασι, τάφος Ἀγχίσου ἐν τῇ Ἴδῃ καὶ ἐτίμων αὐτὸν οἱ ἐκεῖ ποιμένες καὶ βουκόλοι κατὰ πᾶν φθινόπωρον τὸν τάφον αὐτοῦ στέφοντες* et Anchisae thalami a Caesare etiam visitati Lucan. IX. 970.: „Adspicit Hesiones scopulos silvaque latentes Anchisae thalamos. Quint. Smyrn. VIII. 97. *Δάρδανον αἰπήεσσαν* (urbem ad ipsas Jdae radices sitam Heyn. l. d. p. 435.), *ἵν᾽ Ἀγχίσαο πέλονται Εὐναί, ὅπου Κυθέρειαν ἐν ἀγκοίνῃσι δάμασσεν,* quos locos componere non solum Martyni - Lagunam in Lucan. p. 479. sq. fugit, sed etiam Klausenium p. 31. sq. Ad illud connubium autem, cujus Jdaeam silvam consciam fuisse ferunt, non dubie spectant proximi illi versus Propertii, quos nemo adhuc satis explicavit, multi perverse aut interpretati sunt aut correxerunt. Versus autem sunt hi:

Hoc et Hamadryadum spectavit turba sororum
Silenique senes et pater ipse chori,
Cum quibus Jdaeo legisti poma sub antro
Supposita excipiens Naica dona manu,

qui quidem vel maxime inter eos locos referendi erant, quibus Venerem in silvis dominatam esse Klausenius p. 898. conf. p. 29. comprobavit. Verum alia quoque hic subesse intelligo illarum, quas in Propertio fuisse plurimas easque reconditissimas constat, litterarum vestigia. Primum enim Bacchi patris mentio non dubito quin aliquo modo pertineat ad eam rem, quae pertenui nobis argumento patefacta est indicioque unius Menandri *περὶ ἐπιδεικτ.* cap. VII. p. 276. sq. *εὔτολμος περὶ γάμους ὁ Θεὸς (Διόνυσος), ὅτι καὶ Αἰακὸς Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ κατενύμφευσεν αὐτῷ —. οὕτω καὶ Τηλέμαχος Πολυκάστην τοῦ Νέστορος, οὕτω καὶ τὴν Ἀφροδίτην Ἀγχίσης ὁ βασιλεὺς τῆς περὶ τὴν Ἴλιον χώρας.* Deinde Philetae doctrinam agnosco ab Propertio usurpatam. Neque enim modo mala le

gentem Venerem facit poeta (quemadmodum „Philostratus Cupidines plures inducit legentes mala ac duos praesertim illorum formosissimos sese illis per jocum impetentes“ Cerd. in Virg. Ecl. III. 65. p. 55. B. in Imagg. I. 6. p. 11, 7. 18. *ἀπ' ἄκρων δὲ τῶν ὄζων μῆλα χρυσᾶ καὶ πυρσὰ καὶ ἡλιώδη προςάγονται τὸν ἑσμὸν ὅλον τῶν Ἐρώτων γεωργεῖν αὐτά. — Φεῦ τῶν ταλάρων, ἐς οὓς ἀποτίθενται τὰ μῆλα —· οἱ γὰρ κάλλιστοι τῶν Ἐρώτων — οἱ δύο μὲν αὐτῶν ἀντιπέμπουσι μῆλον ἀλλήλοις* et qui ab Jacobsio p. 242. non est omissus, Claudianus Epith. Pall. et Cel. 14.: roscida laeti Mala legunt“), sed addidit poma fuisse a Baccho donata; ait enim: dona (mala a Baccho porrecta) excepisse Venerem supposita manu (quod verbum similiter positum est ab Ovidio Met. XIV. 560.: jactatis saepe carinis Supposuere manus“ et in alia sententia IV. 776. „astu Supposita cepisse manu,“ quod perperam interpretatus est Burmannus in Prop. I. 3, 15. p. 34. notatus ille a Naekio in Caton. Ecl. 68. p. 203. Conf. Burmann. in Prop. I. 15, 36. p. 152. vid. Philostr. I. 6. p. 12, 1. *οἱ μὲν γὰρ διὰ τοῦ μήλου παίζοντες πόθου ἄρχονται. Ὅθεν ὁ μὲν ἀφίησι φιλήσας τὸ μῆλον, ὁ δὲ ὑπτίαις αὐτὸ ὑποδέχεται ταῖς χερσί* conf. Welcker. in II. 1. p. 403. Wyttenbach. in Eunap. p. 107. sqq. Boissonad. Anecd. IV. p. 457.) Nec latet ejus rei ratio. Bacchum enim quum rusticum deum (Niclas. in Aristot. Mir. Ausc. CXXXIII. p. 273. Wernsdorf. in Him. Or. I. p. 340. Long. Past. IV. p. 119. *θεοῖς ὅσοι προεστᾶσιν ἀγροικίας, Δήμητρι καὶ Διονύσῳ καὶ Πανὶ καὶ Νύμφαις.* Theocr. XX. 33. et Harles. p. 537. sq.) tum frugiferae cujusque arboris inventorem ac custodem ferunt (vid. Hieronym. Aleander in Tabulae Heliacae Explic. ap. Reiff. in Artemid. p. 381. Schwarz. Misc. Polit. Hum. III. 4. p. 69. sq. conf. Lobeck. Aglaoph. p. 703. Siebelis. in Paus. I. 31, 2. p. 115. add. Artemid. II. 37. p. 215. *Διόνυσος τοῖς γεωργοῖς συμφέρει τοῖς τὸν ξυλικὸν καρπὸν γεωργοῦσι.* Athen. III. p. 82. D. *ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων — τῶν ἀκροδρύων*); mala autem Baccho accepta retulisse Venerem primus, si veterum monumenta penitus perscrutati sunt Victorius Var. Lectt. XXXVII. 13. p. 438. Vossiusque in Virg. Georg. II. 2. p. 264. et Ecl. II. 51. p. 63. conf. Heyn. in Apollod. III. 9, 2. p. 678., Philetas perhibuit ap. Schol. Theocr. II. 120. p. 861. *τά οἱ ποτε Κύπρις ἑλοῖσα Μῆλα (Δῶρα) Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων*, quae prave in hanc sententiam explicavit Scaliger in Catal. p. 207.: coronae ex malis statuae Bacchi imponebantur.“ Philetam sequutus est Theocritus I. d. *Μῆλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων* (cum quibus locis differt sententia Nemesianus Ecl. III. 38. „ostendit pampinus uvas. Mirantur Satyri frondes et poma Lyaei“) conf. Athen. III. p 82. D. *ὅτι δὲ τῶν μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος μαρτυρεῖ Θεόκριτος —· Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων,* a quo discrepat Arnobius V. p. 169.: occupatus puerilibus ludicris — Liber —. Prodidit vates Thracius [Orph. fr. XVII. p. 382.] teretes pilas et virginibus aurea sumta ab Hesperidibus mala.“ Praeclare autem sub antro Idaeo poma illa Propertius scripsit lecta esse; namque apud Pausaniam V. 19, 1. p. 394. Sieb. *Διόνυσος δὲ ἐν ἄντρῳ κατακείμενος —· δένδρα δὲ ἄμπελοι περὶ αὐτὸν καὶ μηλέαι τε εἰσὶ καὶ ῥοιαί,* quocum comparare attinet Aristaenet. Ep. I. 3. p. 12., ubi *ἐρωτικὸς παράδεισος* sic describitur: *δένδρη τε πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησίον Ὄχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι φαίη τις ἂν καθομηρίζων τῶν ὀπωρινῶν αὐτόθι Νυμφῶν τὸ χωρίον.* Quod antrorum genus proprie vocabatur Bacchicum, id quod diligentissimus Schwarzius l. d. p. 70. adjicere supersedit. Plutarch. de Ser. Num. Vind. XXII. p. 270. *τοῖς βακχικοῖς ἄντροις ὁμοίως ὕλῃ καὶ χλωρότητι καὶ χλοαῖς ἀνθέων ἁπάσαις διαπεποικιλμένον.* Athen. IV. p. 148. C. *σχεδίαν χλωρᾷ πεπυκασμένην ὕλῃ ὥσπερ ἐπὶ τῶν Βακχικῶν ἄντρων γίνεται.* Iul. Valer. de Gest. Alex. III. 55. p. 187.: locorum pleraque saxis quidem aspera, sed quae facile praesumeres haberi et incoli posse numinibus. Quippe loca haec domus deorum vocant et plerumque visuntur in hisce secessibus agere dii res voluptuarias“ et 66. p. 198. conf. Hymn. Hom. in Ven. 264. Barth. Adv. VII. 10. p. 330., quibus locis illustrasse videor rem in disquisitionem adductam ab Wyttenbachio

in Plut. l. d. p. 115. Jacobsio in Phil. Imagg. I. 14. p. 293. intpp. Apulej. Florid. I. 1. p. 4. a. Staver. in Hygin. Fab. VI. p. 27. Schoen. de Pers. in Eurip. Bacch. Hab. Scen. c. X. p. 119. sq. Quibus ita expositis deliberatisque liquet, in quanta opinionis levitate versentur, qui Naica dona ab Propertio commemorari pugnant. Pugnant autem? immo vero optant magis, quam disputant. Nam ne pluribus obtineam eos, qui analogiam loquantur non demonstratam et jactent ita: „Cur enim adjectivum Naica, quod si usus non tuetur, analogia certe non aspernatur, rejiciamus?“ Lachmannum p. 217. Hertzbergiumque p. 219. nihil dicere nec a *Λαΐς*, *Θαΐς*, *Ἀγλαΐς*, *Δαναΐς*, *Θηβαΐς*, *Ἀθηναΐς*, *Ἑρμαΐς* et aliis, quae similia nomini *Ναΐς* nunc succurrunt partim commemorata ab Lobeckio Paral. Diss. II. 1, 4. p. 90., aut a *Κλεΐς*, *Γληνὶς*, *Πλατθὶς* usquam facta esse *Λαϊκὸς*, *Θαϊκὸς*, *Κλεϊκός*, apud Philodemum autem Epigr. XXIV. 8. p. 77. Anth. Gr. II. *σῶζε με, Κύπρι, Ναϊκακοὺς ἤδη, δέσποτι, πρὸς λιμένας* ambigi posse praestetne retineri id, quod ab Jacobsio Anth. Pal. X. 21, 8. propositum probarunt viri docti Steph. Thes. p. 1347. C. Vol. V., *Ναϊακούς*, an *Ναξιακούς* id est ad portus, in quibus Ariadnam aliquam inveniam (Wernsdorf. in Himer. Or. I. p. 333.), ne quid dicam de Amphitrite apud Naxum ab Neptuno ducta, denique *γραϊκὸς*, quod exempli caussa affero, ut *γραϊκὰ μυθύδρια* Tzetz. Chil. V. 763. p. 186. referri non *γραΐς* voci, sed *γραῦς*: igitur ut hoc omittam atque adeo concedam: nulla omnino ratio est, quae poma cum Baccho Silenisque, fortasse cum Hamadryadibus Venus sub Bacchico antro legit, quae Bacchica dona fuisse gravissimis argumentis intellectum est, ea dici Naica. Porro autem quod hic perspicua Bacchi mentio respuit, id ab omnibus omnino locis videtur abhorrere. Neque enim adjuvandae ei sententiae, quae poma Naidum dona fuisse censet, quidquam confert aut ea res, quod Naides Bacchi consortes dicuntur (Fiorill. in Herod. Attic. p. 94. sq.) eaedemque „Mercurio puerum diva Cythereide natum Jdaeis enutrivere sub antris“ Ovid. Met. IV. 288. aut illa res, quod flores et alere et calathis impositos afferre alicubi illud Nympharum genus traditur (vid. Voss. in Virg. Georg. II. 46. p. 59. sq. Ilgen. Animadv. in Cop. 13. p. 37. add. Calpurn. Ecl. IV. 68. Claudian. Prob. et Olybr. Cons. 249. Ruhnken. in hymn. Cer. 16. p. 8.) atque arbores in fluviorum margine nascentes fovere (Meinek. Anthol. Gr. Del. p. 99. sq. Obss. Critt. nostr. in Anth. Gr. I. p. 578. Ephem. Philol. Darmst. 1843. Stat. Silv. I. 3, 62. conf. II. 3, 7. 60. Ovid. Fast. IV. 231., de quibus locis dixerunt parum id, quod maxime ad rem pertinet, rimati Muretus in Catull. LXII. p. 56. sq. Heinsius in Ov. l. d. p. 249. et Advers. III. 17. p. 546. sq. Gronovius Obss. I. 5. p. 42. sq. Vid. quae infra cap. IV. de hac re absolventur). Jtaque quo partes a doctis viris relictas tandem expleamus, videndum est, quo nomine dona illa Bacchica, — hoc ipsum vocabulum enim restitui vetat librorum manuscriptorum fides et memoria — Propertius appellaverit. Fuerunt igitur mala, quae Veneris donum vocat Claudianus Epithal. Pall. et Cel. 15., quod Barthius p. 451. ait esse malum Veneri donandum cum aliarum rerum (conf. Coraj. in Heliod. III. p. 118. Boissonad. in Nicet. Eugen. VI. 467. p. 324. Villois. Long. p. 206. sq.) tum Hippomenis (Philet. l. d.) immemor, a Baccho et inventa et Veneri donata. Quae qualia fuerint si demonstraverimus accuratius, videbimur etiam hoc patefecisse, quomodo factum sit, ut repertor eorum Bacchus perhiberetur. Primus enim Bodaeus a Stapel obtinuit in Theophrast. Hist. Plant. IV. p. 397. sq. conf. p. 338. 339. Voelcker. Myth. Geogr. I. p. 104. ab eo inventa esse mala „non omnino omnia, sed cydonia Veneri grata.“ Cui sententiae quum multa possint argumenta addi, nunc quidem attinet adhibere hoc Arnobii testimonium V. 6. p. 170. Or. „materno ab nomine cognominatus Acdestis. Huic robur invictum et ferocitas animi fuerat intractabilis, insana et furialis libido ex utraque sexus vi rapta. Cujus quum audacia quibusnam modis posset vel debilitari vel comprimi saepenumero esset deorum in deliberatione quaesitum, hujus muneris curam Liber in se suscepit: familiarem illi fontem — validissima succendit vi meri: necessitatis in tempore haustum accurrit Acdestis: fit, ut insolita re victus soporem in altissimum deprimatur. Adest ad insidias Liber; ex setis scientissime complicatis unum plantae injicit laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat: exsolutus

ille vi meri corripit se impetu et adducente nexus planta suis ipse se viribus eo, quo fuerat, privat sexu: cum discidio partium sanguis fluit immensus: rapiuntur et combibuntur haec terra: malum repente cum pomis ex his punicum nascitur: cujus Nana speciem contemplata regis Sangarii fluminis filia carpit mirans atque in sinu reponit: fit ex eo praegnans; tamquam vitiatam claudit pater et curat, ut inedia moriatur: pomis atque aliis bacculis deum sustentatur a matre: enititur parvulum. Sed exponi Sangarius praecipit: repertum nescio quis sumit, format, lacte alit hircino [vinum dici ait Klausenius l. d. p. 35. not. 125.] —; inde Atys nomen ut sortiretur effluxit. Hunc unice mater deum, ore quod fuerat excellentissimo, diligebat" et 13. p. 176.: Per sinum, inquit, Nana filium concepit ex pomo —; pomis debuerat vivere, quae mater fuerat facta de pomo." Fabulam hanc ab Pausania etiam VII. 17, 5. p. 208. sq. contestatam postquam multi attigerunt ut Meursius aliique, quos auctores citant Albertius in Hesych. I. p. 40. not. 12. et Reiffius in Artemidor. I. 73. p. 281., et Rigaltius p. 53., subtilius exsequutus est Klausenius p. 24. sq., ut tamen aliquid nobis reliquum faceret. Nam in Attii annalibus, quorum argumentum perstrinximus Valg. p. 47. not., hoc fuisse testantur Nonius Marcellus p. 193, 23. (p. 131. Gerl.) et Priscianus V. 6, 33. p. 189.: Maja nemus (mala cod. Leid. conf. supr. p. 17. mala manu Scal. et Cruc. l. infra cit.) retinens gravido concepit in alvo," quod dubitari nequit quin de Nana dictum vere sic ad fidem Arnobii et Pausaniae l. d. (*ἐσθεμένη ἐς τὸν κόλπον — ἐκύει*) correxerim in Comm. de Valg. l. d.: Mala sinu retinens," quomodo variatum est apud Ovidium Met. XIV. 350. „cecidere sinu". codd. Ciofan. et Heins. p. 963.: cecidere manu. (conf. XV. 803.: manu percussit utraque Pectus." codd. Heins. p. 1080. suum) et apud Martialem VI. 61, 2.: me manus omnis habet. cod. Modian. me sinus — nolo enim jam illi librorum discrepantiae: mala nemus" memor Martialis VI. 76, 6. nemus. Wolfenb. venus. Anth. Lat. I. p. 279. Burmanni in Ovid. Met. II. 438. p. 126. tantum tribuere, ut ab Attio idem, quod a Propertio, proditum affirmem —. Qua cum fabula egregie concinunt et Philetae Theocritique versus, quos supra attulimus (add. Burmann. in Prop. I. 3, 24. p. 38.) et quod Nicetas Choniata narrat IV. p. 144.: Sclerus cum nubilem virginem, a quo contemnebatur, adamaret, ei malum Persicum misit, quo puella in sinum recepto amore insanire coepit" Cruc. in Stat. Silv. III. 1. p. 59. C. et ille amantium mos mala in sinum puellarum jaculandi, quem ab Luciano Dial. Meretr. XII. descriptum *τέλος δὲ τοῦ μήλου ἀποδακὼν — εὐστόχως προσηκοντίσας εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς* interpretes Aristaen. I. 25. p. 563. adnotarunt. Deinde Hesychii loco II. p. 652. *Νάνας τὰς ῥυτὰς ἀπὸ τοῦ νάειν* a nullo adhuc explicato, ab Anglis Steph. Thes. p. 1353. B. Vol. V. sic correcto: *Ναΐδας* videor lucem affundere facili emendandi ratione (*ῥυτάς. ῥυιάς* Wyttenbach. in Plat. Phaed. p. 314. add. Artemid. I. 73. p. 102. *ῥοαί.* cod. Ven. *ῥυαί*) hacce: *Νάνας· τὰς ῥοιὰς ἀπὸ τοῦ νάειν;* in quo Hesychius idem videtur sequutus esse, quod in altera voce animadvertit Reinesius Var. Lectt. III. 11. p. 510.: caduca mali granati — Theodorus Priscianus appellat flores mali Punicae [vid. Jsidor. Origg. XVII. 7, 6. p. 533.]; ratio appellationis a Graeco *ῥοὰς, ῥοὰ, ῥοιά* desumta est; *ῥοὰς* vero a *ῥέειν*, quod fluido flore sit, fluxo et protinus deciduo, quomodo et papaver quoddam rhoeas dictum est Dioscor. IV. 64." conf. Salmas. Plin. Exerc. p. 582. b. B. Ceterum utrum ad Veneris mala cum Hamadryadibus legentis fabulam an ad aliam memoriam spectet Eustathius in Hom. Od. VII. 115. p. 1572, 35. *ῥοιὰ δὲ νῦν μὲν τὸ δένδρον· λέγεται δὲ ὁμωνύμως αὐτῇ ῥοιὰ καὶ τὸ αὐτῆς καρποφόρημα* [conf. Rhoer. in Porphyr. de Abst. p. 353.] — *ὅτι δὲ ῥοιαὶ ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ καὶ αἱ περὶ αὐτὰς μυθικαὶ νύμφαι δηλοῦται καὶ ἀλλαχοῦ* conf. XXIV. 340. p. 1963, 40. *κατὰ τὸ· φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαὶ, φίττα Μελίαι, ἐν οἷς νυμφῶν μέν ἐστιν ὀνόματα τὰ θηλυκά, τὸ δὲ φίττα ἐπίῤῥημα τάχους δηλωτικόν*, quos locos breviter attigit Schoemannus de Nymphis Meliis p. 5. not. 5. Ind. Lectt. Gryphisw. per hiem. 1845 habit., non temere interpreter. Verum porro urgenda res est. Quoniam enim hoc cum reliquis dissidet Ovidius Fast. IV. 231., quod Sagaritidem Nympham Atyos non matrem, sed amicam

fuisse tradit, Nanae nomini autem celebrando Atyos fabula videtur omnino locum fecisse, quum praesertim nullo fieri pacto queat (id quod subtiliore quaestione effecimus in Theban. Parad. Coroll. XXII. p. 440. sq. add. Nonn. XXXVII. 20. p. 918, 22. *Καί τις Ἁμαδρυάδων — Πηγαίῃ — ἀήθεϊ μίγνυτο κούρῃ.* XXXII. 288. p. 818, 9. XXIV. 25. p. 622, 1. Elias Sched. de Dis Germ. c. XXIV. p. 349.), ut quae et fuerit et dicta sit Nympha Naias, eadem ab eodem narretur Hamadryas, his igitur de caussis inclinat animus, ut Nanidis nomen Ovidio reddendum arbitrer:

Fallit et in nympha Sagaritide desinit esse,
Quod fuit. Hinc poenas exigit ira deae.
Nanida vulneribus succidit in arbore factis.
Illa perit. Fatum Nanidis arbor erat.

Ut Hamadryas illa, cujus amore arsisse dicitur Phryx puer in silvis spectabilis altis, Nympha Bithynica (Thynias Prop. I. 20, 34.) sive Sagaritis (conf. Wesseling. in Hierocl. Synecd. p. 663.) — nam in explicando nomine Sagaritidis eundem viri docti admiserunt errorem, quem supra p. 15. in quaestione de Prop. III. 11, 10. instituta exagitavimus —, certo et proprio nomine appellata fuerit Nanis, quemadmodum illa Hamadryas, cujus conjux Arcas fuisse perhibetur, vocatur Chrysopelea aut Erato Heyn. in Apollod. III. 9, 1. p. 669. De qua re copiosius disseruimus Theb. Parad. II. 7. p. 228. Ceterum eodem nomine insignem Croesi filiam memorat Hermesianax ap. Parthen. Narr. Am. XXII. (fr. 11. p. 184. conf. Hemsterh. in Lucian. Contempl. 9. p. 385. Vol. III.) *τῆς Κροίσου θυγατρὸς Νανίδος* nec Romanis id insolitum docet inscriptio ap. Fabrett. p. 48. n. 269. Venuleja Nanis. Nana autem et Nanis non minus recte dicitur, quam Tharbe et Tharbis aliaque, quae exprompsimus Valg. p. 423. Quamquam in hac caussa non solum Muretus in Catull. Carm. LXII. p. 56. sq. („Hamadryades interdum et Naiades dicuntur"), verum etiam Heinsius in Ovid. l. d. p. 249. et Adv. III. 17. p. 547. et Vossius l. infra cit. parum circumspecte loquuti sunt. De qua opinionis levitate plura (cap. IV.) persequemur, ubi nostram de inchoato Propertii loco curam absolverimus. Igitur quod ad Bacchum malorum auctorem attinet, ut illi, quos commemoravimus, punicum malum ex sanguine Acdistis a Baccho debilitati esse natum volunt, ita sunt, qui ipsius Bacchi sanguinem ejus arboris originem fuisse tradant Clem. Alex. Adm. ad Gent. p. 12. C. *αἱ θεσμοφοριάζουσαι τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν· τοὺς γὰρ ἀποπεπτωκότας χαμαὶ ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς.* Quae verba memoriam subjiciunt Philostrati Jmagg. II. 29. p. 99, 17. *τὸ δὲ τῆς ῥοιᾶς ἔρνος αὐτοφυές. — Λέγεται γὰρ δὴ κηπεῦσαι αὐτὸ Ἐριννύας ἐπὶ τῷ τάφῳ. Κἂν τοῦ καρποῦ σπάσῃς, αἷμα ἐκδίδοται νῦν ἔτι,* de quo loco exiliter disputavit Jacobsius p. 554. Quem quidem non minus, quam olim Morellium in Liban. Ethop. p. 171. B. (Vol. IV. p. XXXI. Rsk.) Barthiumque in Stat. Theb. X. 751. p. 1244., nuper Schneiderum Scriptt. Rei Rust. p. 308. Vol. IV. P. II. et Welckerum in Jmagg. I. 14. p. 291. hoc praeteriit in Eteoclem translatum a Philostrato esse id, quod de Menoecei sepulcro tradit Pausanias IX. 25, 1. p. 365. Schub. *τοῦ δὲ Μενοικέως ἐπιπέφυκε ῥοιὰ τῷ μνήματι· τοῦ καρποῦ δὲ ὄντος πεπείρου διαῤῥήξαντί σοι τὸ ἐκτὸς λοιπὸν* (neque enim placet Schubarti inventum: *τὸ ἐκτὸς λέπιον* et quod hoc praestabilius est: *τὸν ἐκτὸς λοπόν.* vid. Wagner. Alciphr. I. 21. p. 116. Schaef. Long. p. 400.) *ἔστιν εὑρεῖν τὸ ἔνδον αἵματι ἐμφερές· αὕτη μὲν δὴ τεθηλὸς δένδρον ἐστὶν ἡ ῥοιά* conf. Artemid. l. infra cit. Hoc igitur fructuum genus Propertius poma vocat; declarant et res a nobis enarratae et verba Arnobii l. d. et Jsidori Origg. XVII. 7, 22. p. 535.: poma omnia mollia mala dicta sunt, sed cum adjectione terrarum, in quibus antea nata sunt, ut Persica, Punica" et Gloss. Labb. p. 124.: *μῆλον.* Malum. Pomum." add. Salmas. Exerc. Plin. p. 421. sq. Quid, quod signo ejus rei videtur esse ipsum illud, quod in nonnullis manuscriptis libris inveniri refert Burmannus p. 451., (Naica) diva? quod antequam ea corruptela, qua et aliis in locis ap. Heins. in Ovid. Met. III. 597. p. 224. et VIII. 173. p. 562. add. Valg. p. 459. et apud Schol.

Lucan. II. 610. p. 168.: Theseus — dimisit eam in Chio insula" quae fuerat Dia, facta est Chios, depravaretur, possit aliquis interpretari fuisse schiavi (diavi) adscriptum ab Jtalo aliquo interprete; sic enim alterum vinosorum granatorum genus ab Etruscis hodie cognominari testatur Matthiolus in Dioscorid. p. 205. P. I. Schneid. l. d. Quoniam autem exposita Nanae fabula apparuit punicorum malorum mentionem et ad Bacchi et ad Rheae sacra valde pertinuisse, simul illud perspicuum factum est, cur Bacchicum antrum, in quo Venerem poma legisse supra demonstravimus, Jdaeum Propertius voluerit esse. Namque Jda et Bacchicorum sacrorum celebritate clara fuit (Eurip. Palam. fr. VII. p. 249. *Διόνυσος — ἀν᾽ Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ* conf. Schoen. de Eurip. Bacch. c. X. p. 119. sq.) et Cybelae antris augusta, de quibus antris dixit Schneiderus in Nicandr. Alexiph. 8. p. 79. sq. et nos Quaestt. Critt. in Anth. Gr. p. 17. sq. (Progr. 1844.) conf. p. 12. Quae quum ita sint, non temere affirmo id, quod tenent Propertii libri: naica, nauta (Palat. prim., id est, ut ego arbitror, nanca) dona, antiquitus Nanica fuisse scriptum conf. Ovid. Fast. l. d. Ut Nanica poma vel potius (ne cui vocem poma in locum vocis dona sufficere velle videamur proclivi sane instituto Burmann. in Nemesian. Ecl. III. 38. p. 514.) dona intelligantur poma, quorum compos facta Venus Aeneae mater extitit, ut Atyos Nana, quae illorum vim pomorum maxime praedicatur experta fuisse (conf. Orph. Lith. 19, 1. p. 350. *ἐδάην καὶ βακχικὰ νευρίταο Δῶρα λίθου Βρομίῳ κεχαρισμένα.* „Tirynthia luna" Stat. Silv. IV. 6, 16. Gevart. in Silv. I. 3. p. 106. A. Gronov. Diatr. I. p. 437. Hertzberg. Quaest. Prop. II. 4. p. 72. sq.). Quae enim in punico malo inesse vis arcana credita sit, significant Pausanias II. 17, 4. p. 273. Sieb. *τῶν χειρῶν τῇ μὲν καρπὸν φέρει (Ἥρα), τῇ δὲ σκῆπτρον· τὰ μὲν οὖν ἐς τὴν ῥοιὰν (ἀποῤῥητότερος γάρ ἐστιν ὁ λόγος) ἀφείσθω μοι* et Artemidorus I. 73. p. 102. *ῥοαὶ δὲ τραυμάτων εἰσὶ σημαντικαὶ διὰ τὸ χρῶμα* [conf. Pausan. et Philostr. ll. supra citt.] — *καὶ δουλείας καὶ ὑποταγῆς διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον. Περσικὰ δὲ καὶ βερεκόκκια* [Gloss. Labb. p. 150. Pruna. *βερέκοκκα — κοκκύμηλα*] *καὶ κεράσια καὶ πάντα τὰ ὅμοια — προςχαίρους ἡδονὰς καὶ ἀπάτας σημαίνει. — Συκάμινα δὲ τὰ αὐτὰ ταῖς ῥοαῖς σημαίνει· ὁ δὲ καρπὸς ἐπὶ τῷ δένδρῳ τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος σημαίνει· ὅθεν εὐθαλὲς μὲν ὂν ἀγαθόν τι ἐσόμενον προαγορεύει;* sic enim emaculandus est is locus vid. Theb. Parad. Coroll. XXI. p. 437. Add. Boettiger., quem laudat Siebelisius in Paus. l. d. p. 204. conf. Meurs. Eleus. c. 15. p. 128. Olear. in Philostr. Vit. Apoll. IV. 28. p. 168. sq. Jacobs. in Jmagg. II. 29. p. 553. sq.

Caput IV.

Nymphae Naiades et Dryades perperam inter se confusae. Hylas raptus a Naiadibus, quas quidam *Κρηνίδας* aut *Λιμνιάδας*, alii *Ὑδριάδας* vocant. Naiadum nomina a plantis ducta, ut Clematie. *Νύμφαι χορίτιδες.*

Licet jam reddere, quae supra p. 21. et 23. promisimus nos allaturos ad eum doctorum hominum errorem simul et contestandum et corrigendum, quo diversarum Nympharum delectus et discrimen removetur ac tollitur; veluti ausus est Verheykius in Antonin. Lib. 31. p. 136. Mureti in Catull. p. 57., ut videtur, memor haec affirmare: Hamadryades nonnumquam de quibusvis Nymphis" (nam Heynium in Virg. Georg. IV. 343. p. 654. atque Ouwensium Noctt. Hag. III. 22. p. 605. nunc omitto). Qui error manasse ex Pausaniae potissimum loco videtur hocce VIII. 4, 2. p. 279. Sieb. *συνοικῆσαι δὲ οὐ θνητῇ γυναικὶ αὐτὸν, ἀλλὰ νύμφῃ Δρυάδι ἔλεγον· Δρυάδας γὰρ δὴ καὶ Ἐπιμηλιάδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν Ναΐδας· καὶ Ὁμήρῳ γε ἐν τοῖς ἔπεσι Ναΐδων Νυμφῶν μάλιστα ἐστι μνήμη.* Nimirum hoc a Pausania dici: suas nymphas Arcades appellabant Dryades" scilicet verba *τὰς ἑαυτῶν* perperam interpretati: Nymphas Arcadiae incolas" cum omnes exceptis Valckenario

et Berglero ac Beckero sibi persuaserunt tum cujus auctoritas apud plurimos valuit, Vossius in Virg. Ecl. X. 62. p. 204. conf. in Georg. I. 5. p. 52. Quasi vero litterae illae *ΤΑΣΕΑΥΤΩΝ* non perspicue fateantur ipsam eam vocem, quam rerum veritas exigit: *ΤΑΣΔΕΥΔΑΤΩΝ: Ἐπιμηλιάδας, τὰς δὲ ὑ δ ά τ ω ν* (conf. Siebel. in IX. 22, 1. p. 69.) *ἐκάλουν Ναΐδας*, ut Clem. Alex. Adm. ad Gent. p. 39. C. *ἀνὰ δὲ τὰς ὕλας Νύμφας τὰς Ὀρειάδας καὶ τὰς Ἁμαδρυάδας* (quas alii *Δρυάδας*, *Ἀδρυάδας* vocant Theb. Parad. Coroll. XXII. p. 440., quidam *Δρυμίδας* Cram. Anecd. I. p. 225, 1.)· *καὶ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ὕδατα καὶ περὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς πηγὰς τὰς Ναΐδας.* Schol. Hom. Jl. XX. p. 530, 5. b. *αἱ δὲ ἐπὶ τῶν δένδρων ἁμαδρυάδες, αἱ δὲ τὰ νάματα τῶν ὑδάτων (κατοικοῦσαι) Ναΐδες.* Ut egregie fallatur, qui ab omnibus silentio transmissus est, Verheykius l. d.: forsan Pausanias voluit *Δρυάδας — τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν Ν α π α ί α ς.*"

Aliquanto longiorem disputationem requirit Propertii illa de Hyla rapto elegia I. 20. Quae tantum abest ut tot doctorum hominum, qui dedita opera deinceps commentati sunt, curis sit perpolita atque illustrata, ut vitiis deformata nequaquam omnes, quibus narrationis perspicuitas continetur, habeat numeros. Etenim permirum illud accidit, quod Dryades et Hamadryades Hylae insidiatas fuisse Propertius scripsisse creditur. Aliter enim dicunt, quicunque hanc fabulam aut exsequuti sunt aut attigerunt, scriptores omnes. Qui Hylam in silvam aut aquatum aut venatum progressum aut ab una aut ab omnibus Mysii cujusdam fontis vel lacus Nymphis raptum esse consentiunt. Ejus auctores sententiae Theocritum et Apollonium attulit Carrio in Valer. Flacc. III. 529. p. 297. Burm. Prop. v. 43. p. 193. Nicandrum et Dionysium Periegetam Verheykius in Antonin. Lib. 26. p. 116. auctorem epigr. *ἀδεσπ.* DCCXI. 10. Anth. Gr. IV. p. 272. Eldikius ap. Burm. Prop. v. 23. p. 188.; deinde Ovidium, Valerium Flaccum, Statium, Ausonium Carrio l. d. Burmannus v. 47. p. 194. sq., Martialem Rutgersius Var. Lectt. III. 8. p. 218. et Cerda in Virg. Ecl. VI. 43. p. 120. C., qui de aliis ejusdemmodi raptibus commemorat omisso Senec. Hipp. 780.: Naides improbae Formosos solitae claudere fontibus," quem locum cum Petronii verbis c. 83.: „candidus Hylas repellebat improbam Naida" contendere fugit Burmannum p. 410. Quid jam addam Nonnum XI. 226. p. 308, 16. Apollodorum I. 9, 18. p. 26, 15. Senec. Med. 649. „Raptus est tutus puer inter undas." Hyginum Fab. XIV. p. 52.: „Hylas — a Nymphis juxta Cion flumenque Ascanium raptus est" et reliquos, qui Naides non nomine, sed re dicunt, Probum in Virg. Ecl. VI. 43. p. 22, 15. III. 6. p. 55, 6. Schol. Veron. p. 79, 9. Servium in Ecl. VI. p. 137. et Aen. I. 619. p. 97. et Georg. III. 6. p. 266. Mythographum I. 49. p. 18, 40. II. 199. p. 140, 10. Lactantium in Stat. Theb. V. 453. p. 236. B. Schol. Anglic. Juvenal. I. 164. p. 582.? Sed ne Zenobius quidem discrepat V. 21. p. 159. *ἱστορεῖται δὲ περὶ τοῦ Ὕλα, ὅτι ἡρπάγη παρὰ τῶν Νηρεΐδων διὰ κάλλος —· ὁ δὲ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ Νηρεΐδων ἁρπαγεὶς ἀνεβόησε*, quoniam *Νηρεΐδων* perperam pro *Κρηνίδων* scriptum esse animadvertit Valckenarius in Theocr. I. 22. p. 9., quod idem nomen (*Ν η ρ ί δ ω ν. ῥ η ν ί δ ω ν* conf. Electt. Critt. p. 3. sq.) liquet restituendum esse Apostolio IX. 57. et Arsenio p. 262. Postremo in eundem numerum referendus est Orphicorum Argonauticorum auctor v. 644. *ἐν δὲ σπέος ἤλυθε Νυμφῶν Λιμνακίδων.* A quo pratenses Nymphas, *Λειμακίδας*, commemoratas esse de sententia atque auctoritate Ruhnkenii Epist. Crit. II. p. 250. docti homines sentiunt. Immerito. Nam nec puerorum raptus ad pratenses Nymphas auctores referuntur (Cerd. l. d.) nec Limoniades et Naides non genere differunt, ut infra accuratius dicetur, et repugnat omnis oratio: *Ἡρακλέης δ' ἠπείγετ' ἀν' ὑλήεντας ἐναύλους — Ὄφρά κε θ η ρ ή σ α ι τ ο· — Ὕλας — Λάθρα ἐπισπόμενος — σ κ ο λ ι ῆ ς ἀ λ ί τ η σ ε ν ἀ τ α ρ π ο ῦ Ὕλη ἔνι πλαγχθεὶς, ἐν δὲ σ π έ ο ς ἤλυθε Νυμφῶν.* Quae oratio perspicue declarat Nymphas dici lacus Ascanii praesides (Oberlin. in Vib. Sequestr. p. 49. Beckmann. in Aristot. Mir. Ausc. LIV. p. 111. Wernsdorf. Vit. Himer. p. XL.): *ἐν δὲ σ π έ ο ς ἤλυθε Νυμφῶν Λ ι μ ν ι ά δ ω ν*, ut apud Silium Jtal. V. 20.: Solatae viridi penitus fovere sub antro Naides (Trasimeni lacus) amplexus undosaque regna trementem." add. Heins. in Claudian. Fesc. 76.

p. 277. Drakenborch. in Sil. IV. 346, p. 213. Nonn. XVI. 388. p. 460, 15. *Αὔλια Νηϊάδων.* Quint. Smyrn. III. 748. *Τηθύος ἄντρα* conf. Philostr. I. 23. p. 36, 19. in Narcissi imagine: *τὸ μὲν οὖν ἄντρον Ἀχελῴου καὶ Νυμφῶν.* Holst. Steph. p. 384. Ouwens. Noctt. Hag. III. 22. p. 602. sq. Libell. de Monstris XXXVIII. p. 128. Berg. „sub profundissimis stagnis — nymphas habitare fabulantur." Obss. Critt. in Anth. Gr. I. p. 1. (Progr. 1844.). Recte autem quae *λιμναῖαι* vocari a plerisque solitae sunt nymphae Goens. in Porphyr. p. 102., dicuntur ab aliis et *Λιμνάδες* Theocrit. V. 17. conf. Pausan. III. 7, 4. p. 464. Schub. et *Λιμνιάδες*, quod vocabulum ex codice Parisino Schol. Apollon. Rhod. IV. 1212. *τῶν Νυμφῶν αἱ μὲν — ἐκαλοῦντο — ἐπιποτάμιοι, αἱ δὲ λημνιάδες, αἱ δὲ θαλάσσιαι* recte eruit Schaeferus p. 328. Eodem enim modo dicta extant *ἀλωάς, ἀλωϊάς* et *Νηάς (Νηΐς), Νηϊάς* aliaque multa, quae qui pertractarunt Bachmannus in Lycophr. 1423. p. 285. atque Lobeckius Prolegg. Ind. Lectt. Regimonti per hiemem 1839. institut. p. 3. sq., id ipsum vocabulum, de quo sermonem agitamus, praetermiserunt. Itaque tantopere laudo Natalem Comitem, cujus haec verba invenio Mythol. V. 12. p. 473.: „stagnorum deas Limniades nominant," quae videntur suscepisse Elias Schedius de Dis Germanis II. 24. p. 350. et Vossius in Virg. Georg. IV. 343. p. 861., quantopere vitupero Heinsium, qui non solum „*Λιμνάκιδας* nymphas palustres dici" tradidit in Ovid. Met. V. 48. p. 318., verum etiam in Ovidii locum inducere vocem Limnacias instituit. Quem locum ne nunc quidem manifesto vitio exemtum: erat Indus Athis, quem flumine Gange Edita Limnate vitreis peperisse sub antris Creditur" facta unius litterulae accessione (Liv. XXVII. 12, 16. cod. Lov. Clivius. Hearn. Livius. Heins. in Virg. Aen. V. 620. p. 677. et X. 126. p. 490. sq. Electt. Critt. p. 2. sq.) sic videor integritati reddere suae: flumine Gange Edita Clematie; nam in codicibus vetustioribus extat Limate, in Vaticano et Mediceo Limmate (ut Hesych. II. p. 271. *κλάμμις*), in aliis Limnatie, Limniace, Limniate; Clematie nomen autem (*Κλημάτιος* Vales. in Ammian. Marcell. XIV. 1, 3. p. 6.) cum natura Nymphae fluvio patre natae congruere docent *Βάτεια, Ἰάνθη, Ῥόδεια, Μελίη* Naiadum et Nereidum nomina, de quibus explicavit Schoemannus Diss. de Nymphis Meliis p. 7. Ind. Lectt. Gryphisw. per hiemem 1846. habitarum, et *Εὐπετάλη* Nonn. XIV. 227. p. 398, 22. (*Ῥόδη* ibd. 229.) et *Φιλύρα* (*Ναΐς* Xenoph. de Venat. I. 4. ap. Aristid. *Τεχν. Ῥητορ.* I. 4, 5. p. 790. Vol. II. Dind., quem neglexit Schoemannus p. 5. not. 5.). Ergo planissime constat, qui sit consensus scriptorum omnium de Hylae raptu prodentium. Huic autem consensui omnino repugnare Propertium per se ipsum est incredibile; ne jam quid conjectura prosequar argumenterque non solum Arganthonii montis mentionem, verum etiam omnem Hylae fabulam a Phileta (vid. fragm. 23. p. 58. 25. p. 59. et quae infra in cap. VIII. dicentur) sumpsisse Propertium. Sed quod gravius est: quum non Naiadum solum, verum etiam Dryadum amores (et zelotypia conf. Edit. Oxon. Nemes. de Nat. Hom. c. I. p. 375.) frequenti sermone celebrentur (Stat. Theb. IV. 254.: Quos non ille duces nemorum fluviisque dicata Numina, quas magno non impulit igne Napaeas" conf. 329. Claudian. Fesc. 22.: O quantus uret tum Dryadas calor! Quot aestuantes ancipiti gradu Furtiva carpent oscula Naides!" Elias Sched. l. d. p. 349. Jul. Roscius Hortinus Carm. p. 544. Gher.: Hylas — Occuluit fontis lapsus in ima oculos. Spectabant Dryades trepidanti pectore circum: Obvia protenso tegmine Nais adest"), diligentissime ab ipso Propertio cautum est, ne quae ambigendi ratio esset. His enim Gallus monetur v. 7.: „Hunc tu, sive leges umbrosae flumina silvae Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes Sive Gigantea spatiabere litoris ora Sive ubicunque vago fluminis hospitio, Nympharum semper cupidis defende rapinis;" altero autem loco, qui Nympharum mentionem habet, subjecta sunt haec v. 33. „Hic erat — Grata domus Nymphis humida Thyniasin (ut Hermocr. Epigr. I. 3. p. 229. Anth. Gr. II. *Νύμφαι ἐφυδριάδες — στείβοιτ' ἐρατοῖς ποσὶν ὑδατόεντα Τόνδε δόμον.* Mitscherlich. Anal. ad Hor. Carm. p. 676. Orph.Hymn. 50,2. Martial. IV. 57, 7.: „sacri fontes — Nympharum domus"); postremo Naiadum non minus aperta descriptio continetur v. 43. sqq.: „Tandem haurire parat demissis flumina palmis Innixus dextro plena trahens humero. —

Prolapsum leviter facili traxere liquore." Quae quum ita sint, satis mirari nequeo nuper etiam Schoemannum l. d. p. 6. sq. eandem sententiam, quam omnes adhuc tenent, sequutum disseruisse in hunc modum: De hoc omni Dryadum nympharum genere varias fuisse veterum sententias nemo mirabitur. Ἥλικας vel ὁμήλικας nymphis arbores — dicunt —. Aliis autem Dryades non diversi generis ab aquarum nymphis Naidibus vel Naiadibus fuisse videntur, id quod Propertii doctissimi poetae versus demonstrant de Hyla ab aquarum Nymphis rapto I. 20, 32. Hamadryasin. 45. Dryades neque minus illi versus, quibus Gallum cavere jubet, si quando aut lavetur aut ad fluminum ripas ambulet, ne rapiatur et ipse [immo vero puer, Galli deliciae] a Dryadibus v. 5. sqq." Non haec fuit in tam perspicuis rebus quaerenda argumentatio. Quin immo evidens est faciendum esse id, quod Obss. Critt. in Anth. Gr. 1. p. 578. b. (Ephem. Philol. Darmst. 1843.) jam significavimus, ut inveterato vitio levetur illa elegia, qua „in toto Latio vexatiorem extare negant" (Broukh. p. 72.). Vitio autem natum esse Dryadum nomen arguit ipsarum litterarum, quae in codicibus comparet, varietas et dissimilitudo. Et in v. 12. quidem scriptum tenent multi codices adriacis (Vatic. amadriacis), Palat. pr. et alii ap. Heins. Nott. in Prop. p. 675. hadriacis, Perreji vetus codex in Driasin. Cui discrepantiae intendens a Lennepio in Anthol. Gr. p. 97. Vol. V. — hunc enim primum ejus sententiae auctorem fuisse monuimus in Theb. Parad. Coroll. XXII. p. 440. — et Struvio Progr. Regiomont. 1819. p. 4., cui sic censenti: reddendum Adryadum nomen Propertio esse, ut pateat Propertium Adryadas v. 12., Dryadas v. 45. et Hamadryadas v. 30. sine discrimine posuisse" cum alii tum Lachmannus et Hertzbergius p. 73. sine omni dubitatione (quum vel Antriadum nomen praestaret Orph. Argon. l. d. conf. Goens. in Porphyr. p. XXIV. Welcker. Graec. Trag. p. 653. conf. Nemesian. Ecl. II. 20. „antra Napaeae." Cerd. Virg. Ecl. III. 7. p. 45. G. vel Agriadum Barth. in Stat. Theb. V. 519. p. 253. conf. Nonn. XIV. 217. p. 398, 12.) adstipulati sunt, tota sententia dissentio. Videor enim perspicue agnoscere litteris illis: indriasin (hadriasin conf. Liv. XXVII. 11, 8. hi censores. Putean. incensores. Drakenb. in V. 50, 6. p. 412. T. III. P. II.) proditum id ipsum nomen, quod universa res postulat: hidriasin:

Non minor Ausoniis est amor Hydriasin.

Αἱ τὰ νάματα τῶν ὑδάτων (κατοικοῦσαι Νύμφαι) Ναΐδες καὶ Ὑδριάδες καὶ τούτων αἱ μὲν Κρηνίδες, αἱ δὲ Ἐπιποταμίδες Schol. Hom. Il. XX. 8. p. 530, 6. b., quarum Nympharum mentionem a Nonno maxime celebratam esse nec Munckerus attulit in Albric. VII. p. 911. nec Lachmannus in Propert. p. 80. sq., indicavit Barthius in Nemesian. Cyneg. 95. p. 370. sq. (conf. in Stat. Theb. V. 519. p. 253.) omisso libr. XVI. 372. p. 458, 32. *Ἐῤῥέτω Ὑδριάδων δολόεν ποτόν· ἐῤῥέτω εὐνή. Νύμφαι Ἁμαδρυάδες, τίνα μέμψομαι;* add. Epigr. *ἀδεσπ.* CXCVIII. 3. p. 158. T. IV. *παρὰ Νύμφαις Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.* Facile id nomen recipit versus 45.:

Cujus ut accensae Hydriades candore puellae
Miratae solitos destituere choros.

Verum majore aliquo conatu videtur opus esse in versu 32. ad eandem sententiam revocando, in quo versu legitur Hamadryasin. Circumspicienti igitur ejusdem ambitus vocem succurrit nomen, quod breviter attigerunt Behotius ap. Verheyk. Antonin. Lib. 31. p. 136. Holsteniusque Steph. Byz. p.484. et Lobeckius l. d. p. 3., *Ἐφυδρίδες* (Artemidor. II. 38. p. 221. *Ποταμοὶ δὲ καὶ Λίμναι καὶ Νύμφαι καὶ Ἐφυδρίδες* „nisi *καὶ* delendum est" V. D. Steph. Thes. p. 2594. C. Vol. III.) vel *Ἐφυδριάδες* ab Alexandro Aetolo usurpatum fragm. p. 220. v. 22. *ἐς Νύμφας ᾤχετ' Ἐφυδριάδας* et Hermocreonte l. d., cui nomini similia sunt *μεθυδριάδες Νύμφαι* in Alcaei Epigr. XII. 6. p. 240. Anth. Gr. I., quod nec Valckenarius in Theocr. I. 22. p. 9. praeteriit nec Lobeckius l. d., et *ἐφυδατίαι νύμφαι* Boissonad. Steph. Thes. p. 2594. C. Vol. III. conf. *ἐνύδριοι* Laurent. Lyd. de Menss. III. 5. p. 88. Roeth. *Νύμφαι πηγαῖαι καὶ ἐνύδρια πνεύματα.* Verum respuit id nomen auctoritas eorum codicum, in quibus est: ibat Hama-

dryas. Cum quibus qui ita discrepant, ut teneant: hinc ibant (cod. Heins. Burm. p. 190. Hamb. p. 29. Hertzb.), ibat hinc (Borrich.), non obscure arguunt versus exitum olim fuisse hunc: ibat at Hydriasin (ut ire sorori Sil. Jtal. XV. 327.). Quibus verbis si adjunxeris reliqua leviter immutata eo modo, quo nihil esse excusatius docuit Burmannus in Lotich. III. 1, 59. p. 180. et Anth. Lat. VI. 81, 1. p. 555. et Prop. II. 5, 23. p. 254., versum habebis et re et verbis perspicuum integrumque:

Jam Pandioniae cessit genus Orithyiae:
At dolor ibat Hylas, ibat at Hydriasin,

ubi „praeter oppositionem particula at etiam sensum et affectum doloris exprimit suaviter“ Dissen. in Tibull. I. 5, 19. p. 114., cujus iterandae quam variae fuerint rationes non explanarunt Heinsius in Claudian. Rapt. Pros. III. 409. p. 794. Burmannus in Ovid. Met. V. 16. p. 316. et Valer. Flacc. IV. 601. p. 386. Drakenborchius in Liv. III. 11, 2. p. 106. sq. Heindorfius in Hor. Serm. I. 3, 32. p. 67. Ceterum quod ad discrepantiam illam: hinc ibant attinet, fortasse suspicabitur aliquis fuisse olim, qui a Propertio hoc dictum arbitrarentur: At dolor ibat Hylae hinc, ibat ab Hydriasin,“ ut ab Ovidio Her. IV. 113. „Sola nec haec nobis injuria venit ab illo“ et Valerio Flacco IV. 216.: mox omnibus idem Jbit honos.“ Nec defuturos existimo, qui vocem ah posse retineri putent: Ah dolor! ibat Hylas, ibat ah Hydriasin“ memores Broukhusii in Prop. II. 24, 31. p. 200. Denique adjiciam Claudian. Rapt. Pros. III. 380.: campoque recumbunt (cupressus) Faunorum Dryadumque dolor.“

Postremo non est omittendum in aliis etiam locis describentium culpa factum esse, ut Hydriadum nomen cederet nomini Hamadryadum, quod esset in vulgus pervulgatum. Ut apud Jsidorum Origg. VIII. 11, 97. p. 280.: Nymphas quippe montium Oreades dicunt, silvas Dryades, fontium Hamadryades, camporum Naiades, maris Nereides“ de restituendo nomine Hydriadum: fontium Hydriades“ Munckero in Albric. VII. p. 911. assentior — nam Ephydriades, quod proposuit Verheykius in Antonin. Lib. l. d. p. 136., ab Jsidori doctrina videtur abhorrere —; sed hoc amplius censeo Naiadum nomen his litteris explendum esse: camporum Limoniades (Serv. in Virg. Ecl. X. 62. p. 167.: a pratis Limoniades — nominantur.“ conf. Nemesian. Ecl. I. 7.: viridique greges permittere campo. Burmann. in Calpurn. Ecl. V. 19. p. 662. a.); non enim audio Arevallum ratum verborum ordinem sic immutandum esse: camporum Hamadryades, fontium Naiades“ aut Welckerum nimirum „Naiades sive pratenses Nymphas“ non magis considerate loquutum in Philostr. Jmagg. II. 4. p. 420. et 11. p. 462., quam p. 754. novum istud genus Nympharum *Σκοπιάδων*. Deinde in Culice v. 93.: O pecudes, o Panes et o gratissima Tempe Fontis Hamadryadum“ (frondis Heins. laetissima — frondis Wakef., fontibus ac Dryades, Naisin ac Dryasin Schrad. fontis Hamadryasin Sillig.) non dubito simul et Hydriadum mentionem instaurare, quae quam sit apta docet Epigr. *ἀδεσπ.* CXCVIII. 4. p. 158. Anth. Gr. IV. *παρὰ Νύμφαις Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ τὸν αἰπόλιον,* et voci in principio ejus versus positae adhibere eam corrigendi rationem, (fontibus Hydriadum) qua in Virgilii Aen. III. 702. Immanisque Gela (quod tenet etiam Pompejus Comm. Art. Donat. 26, 13. p. 355.) in Electt. Critt. p. 10. sq. volui esse: in manibusque Gela (conf. Quintilian. VIII. 4. p. 713. immanibus poculis. codd. in manibus. Nazar. Paneg. Constantin. XXV. 3. immanibus copiis. Puteol. p. 602. in manibus), ut in Anthol. Lat. III. 74, 41.: Discolor in manibus species“ Schraderus Mantiss. Adnott. p. 736. scripsit immanis; nam omitto Peerlkampium in Virg. Aen. XI. 16. verba cod. Voss. in manibusque meis in hanc speciem: immanis quercus detorquentem p. 309.

Denique in Moerus Epigramma II. 1. p. 135. Anth. Gr. I. *Νύμφαι Ἀμαδρυάδες, ποταμοῦ κόραι, αἳ τάδε βένθη Ἀμβρόσια ῥοδέοις στείβετε ποσσὶν ἀεί* transferre *Ἐφυδριάδες* ex Epigr. Anth. Lat. V. 215.: fonticolae Nymphae, quae gurgitis hujus Aeternum roseo tunditis ima pede“ expedita res esset, ni firmissimis argumentis evicissemus Obss. Critt. in Anth. Gr. p. 577. sq. et Progr. p. 1. sq. latinum istud carmen subditicium esse, id quod Schraderus Epist. Crit. p. LIX. et Burmannus

p. 470. 708. T. II. conf. Meyer. Anth. p. 123. 188. suspicati sunt (et ab Jacobo Bugio quidem confectum Meyer. in epigr. 1548. p. 122.), a Moero autem celebratas fuisse Anigriades Nymphas (de quibus ante nos dixit Stavernius Misc. Obss. Crit. X. p. 57.). Libet autem ab hoc versu, qui eandem, quam Propertii elegia (v. 46.), habet saltantium Naiadum mentionem, quae quo pertineat intelligitur vel ex Obss. Critt. in Anth. Gr. I. d. p. 1. add. Epigr. Platon. XIV. 6. p. 105. Anth. Gr. I. et Paul. Silent. XLVII. 7. p. 56. T. IV., digredi ad restituendum locum Aristaeneti Epist. I. 3. p. 14. *καλὴ μὲν οὖν, νὴ τὰς κοπίδας Νύμφας, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ πηγή, φαιδροτέρα δὲ μᾶλλον ἐδόκει τοῖς εὐωδεστέροις ἐπικοσμηθεῖσα τῶν φύλλων καὶ τοῖς μέλεσι τῆς Λειμώνης.* Ubi quod legitur *κοπίδας* vocabulum qui reformare integritatique reddere suae studuerunt (*κηπίδας* Merc. Boiss. *πίδακος* Pauv. *κωπαΐδας* D'Orv. *κρηναίας* Davis. *κρηνίτιδας* vel *πιδακίτιδας* Abresch. *καλυκώπιδας* Ruhnk. *κυανώπιδας* Wyttenb.), omnes videntur in hanc partem peccavisse, quod parum reputarunt, si quis pulchrum esse eum, de quo sermo est, fontem per Nympharum numen affirmare instituat, ei omnino faciendum esse, ut ipsas eas testetur Nymphas, quae sunt pulchrarum aquarum documentum perspicuum. Censetur autem fons salienti aqua conf. Plin. Epist. II. 17, 25. et quoscunque saltationum a Nymphis peractarum testes supra dedimus. Quare equidem suspicor librariorum litteras, quae superscribi solerent, ut fit negligentium levitate factum esse, ut in eam, quam cernimus, speciem: *κοπίδας* deduceretur vocabulum, quod fuerat *χο(ρι)τιδας: χορίτιδας;* parum enim litteras *κ* et *χ* differre declarat Villoisonus Anecd. II. p. 125. not. Koen. in Greg. Cor. p. 343. sq. Bernard. in Nonn. Epit. LIX. p. 231. sq. *κίμερα (χίμαιρα)* Schol. Plutarch. ap. Creuz. Melett. II. p. 21., alia multa Theb. Parad. Coroll. XXVIII. p. 463. sq. Eum autem in modum Callimachus dixit Dian. 15. *χορίτιδας Ὠκεανίνας.* vid. Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 141. Theb. Parad. Coroll. XXVI. p. 459.

Caput V.

Coae insulae nomen *Κόως*, Coos, Cous (ut: Philetae Coos plaudit"). Eoa (*ἑῴα*) dicitur Oriens. Triptolemus Chitoniae filius. Cydonia, a qua appellata est insula Cydonia Lesbo apposita. Euadne mariti ignibus consumta. Num recte dicatur Bajae aquae. Simois (portus). Sternutamenta matutina. Boreas (Borea) ex Tauricis montibus ortus Maeotin paludem glacie constringit.

Quem supra cap. I. p. 4. significavimus, locum Statii Epithalam. Stellae et Violant. 247. sqq. Silv. I. 2. legimus ita scriptum:

Nunc opus, Aonidum comites tripodumque ministri,
Diversis certare modis: eat enthea vittis
Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti
Quisque lyra. Sed praecipue qui nobile gressu
Extremo fraudatis epos, date carmina festis
Digna toris. Hunc ipse Coo plaudente Philetas
Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem nec tristis in ipsis
Naso Tomis divesque foco lucente Tibullus.

„A sciolis est choro plaudente, cum in excusis omnibus paulum vetustioribus et in ipso scripto meo diserte legatur Coo plaudente et recte." Ita censuit Bernartius p. 103. A. auctoritatem sequutus Parrhasii illa verba sic interpretati Syll. III. Epist. LVII. p. 806. Grut. Lamp. I.: „Statius sentit epithalamium Stellae canenti Philetae Coos id est suos cives animis et ore fuisse fauturos. Etenim gentile nomen ab insula Co per *ω* Cous est intenta prima Cousque per o, quod Graeci *μικρὸν* vocant, eadem syllaba

contracta. Auctor Stephanus.“ Quo commento graviter convulso refutataque Marklandi, qui Bernartio adstipulatus certe Plauti eo loco uti debuerat, de quo nuper Boeckhius Ind. Lectt. Berol. per aest. 1847. habit. p. 3.: quod maxime mirum, Coo adjectivum disyllabum priore correpta in Poenulo III. 3, 86.,“ sententia Burmannus in Prop. III. 7, 44. p. 573. „ut Statio integra servaretur metri lex, facili unius vocis transpositione: ipse hunc Coo plaudente Phileta legi“ voluit. Praevaluit tamen auctoritas Valckenarii, qui quod suismet ipsorum ingeniis freti quidam in medium protulerant: choro plaudente Barthiusque et Broukhusius Prop. [p. IX.] et Tib. [p. VII.] comprobaverant, revocavit hoc usus argumento Callim. Eleg. p. 31. sq.: Coo plaudente quis sensus affingi possit vel tolerabilis, commi-nisci nequeo. Plenus est et optimus in voce genuina: choro plaudente choro nimirum Apollinis et Musarum, quibus Elegia se velut decimam immiscuit.“ Et est ea sententia, si Bachium Philet. p. 15. exceperis, nunc sola frequens consensu Handii, Blomfieldi Callim. p. 330., Hertzbergii in Prop. III. 1, 4. p. 246., aliorum. Verum enim vero cur in contrariam partem discedendum credamus, gravissima haec videmur afferre. Primum enim nec id, quod tam vehementer Valckenarius probat, criticae artis prae-ceptis convenienter excogitatum est, nisi forte magis perspicua librariorumqae vulgo notior videbitur esse vox Cous quam chorus, et Coo omni caret reprehensione, si dici a Statio interpretaris insulam Co. Quae a multis et graecis et latinis scriptoribus nominari solita est *Κόως*, *Κόος* (ut *Ἀθόως* Holsten. in Steph. Byz. p. 11. *Ἀθόος* Etym. Magn. p. 347, 16.), Coos, Cous, id quod Stephano Byzantio p. 178, 26. *λέγεται — καὶ Κόως — καὶ Κόος διὰ δύο οο* et Eustathio in Hom. Jl. I. p. 97, 40. II. p. 318, 30. auctoribus usus olim docuit Munckerus in Hygin. Poet. Astr. II. 16. p. 459. add. Salmas. Exerc. Plin. p. 102. b. Etym. Magn. p. 507, 57. *Κόωνδ᾽ — ἀπὸ ἄλλης εὐθείας ἐστὶ τῆς Κόως.* Schol. Hom. Jl. XIV. 255. p. 396, 33. a. *ἔνιοι διὰ τῶν δύο οο γράφουσι Κόον· καὶ Καλλίστρατος (Καλλίμαχος* V.) *ἐν τοῖς διορθωτικοῖς.* Liv. XXXVII. 16, 2.: civitates Halicarnasus, Cnidus, Cous imperata enise fecerunt.“ Plin. Nat. Hist. XXIX. 1, 2. p. 291. Sill. in insula Coo. conf. XI. 22, 26. p. 260. et IV. 12, 23. p. 292.: Calydna, in qua oppidum Coos (Niclas. Geopon. XV. 7, 1. p. 1090.). VI. 34, 39. p. 436. Coum. Vitruv. IX. 7.: Berosus insula et civitate Coo consedit (Bochart. Chan. I. 7. p. 405. B.). Tacit. Ann. II. 75. apud Coum insulam. Quintilian. VIII. 6. „in insula Co. Coo Mss. Almel. Voss. pr. tert. Obr.“ Burm. p. 752. Jsidor. Origg. XIX. 22, 13. p. 600.: in insula Coo (Choo Otto. Coa Bochart. Chan. I. 7. p. 404. B.). Hygin. l. d.: nonnulli dixerunt Meropem quendam fuisse, qui Coon insulam tenuerit regno et a filiae nomine Coon — appellarit. Hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Ethemeam“ (quod nomen cum ab aliis tum ab Spanhemio in Callim. Del. 160. p. 426. sic corrigi oportuerat: Echemeam, ut est in Etym. Magn. p. 507, 56. *Κῶς — ὠνομάσθη ἀπὸ Κῶ, ἥτις θυγάτηρ Μέροπος καὶ Ἐχεμείας ἦν).* Rem tam promptam et quae tot scriptorum exemplis lucet nuper, ut omittam Barth. in Prop. p. 366. b. Forcellin. Lex. I. p. 616. a. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 533. p. 669., advertit Duebnerus, sed nec plene eam exsequutus est his defunctus verbis p. 248.: Coos substantivum hic est graeca mensura adhibitum. Hymn. Apoll. 42. *Κόως* et alii post hunc poetae“ nec addidit pertractavitque id, quod totam causam maxime continet. Tantum enim abest ut Valckenarius censeri queat Statii propositum incorrupte atque integre enarrasse his p. 32.: certe choro coelesti perplacuissent ora quondam Musarum Cous Philetas et Callimachus Cyrenaeus, Umber etiam Propertius, si huc illinc ad auspicatissimas Stellae nuptias et Violantillae suis modulis redire potuissent celebrandas,“ ut planissime liqueat hanc fuisse Statii mentem, ut Philetam Callimachumque et Propertium atque Ovidium et Tibullum, quibus nuptialia sacra canentibus semper Musarum chorum plausisse minime dubium multorum ante Statium judicium fuit, dignum carmen in sua quemque patria ac sede, si Stellae Violantillaeque amores ipsi vidissent, ultro prompturos et nuptialis doni loco allaturos fuisse diceret. Itaque ipsa res declarat ea, quae nomini Philetae apposita sunt; verba: Coo plaudente eodem spectare, quo quae in mentione Propertii

et Ovidii adjecta sunt: Umbro antro et Tomis. Quominus autem Coae insulae vel potius civitatis (vid. supra p. 9. sq.) famam ac delicias hoc loco Philetám praedicari docti homines perspicerent, omnino videtur obstitisse ea res, quod recte dici videretur chorus hominum aut deorum plaudere (ut Claudian. Praef. Sext. Cons. Honor. 15.: plaudebant numina dictis Et circumfusi sacra corona chori"), non item insula vel urbs Coa. Hoc vero loquendi genus a consuetudine latinorum poetarum minime abhorruisse docet ipse Statius Silv. V. 3, 139.: non toties victorem Castora gyro Nec fratrem caestu virides plausere Therapnae," Martialis I. 61, 3.: Censetur Apona Livio suo tellus Stellaque nec Flacco minus; Apollodoro plaudit imbrifer Nilus," Claudianus Fesc. 77., quem cum Statii loco d. composuit Marklandus in Silv. I. 4, 88. p. 204.: Oriensque regna fratrum Simul Occidensque plaudant."

Quam Statius vocat Coon, eam civitatem supra cap. II. p. 12. obtinuimus ab Propertio dici Coam. Ejusdemmodi loquendi genus ab eodem Propertio II. 21, 53. usurpatum doctos homines, quotquot in eo loco enodando elaborarunt, omnes fefellit. Qui versus enim sic prodi solitus erat:

Et quot Troja tulit vetus et quot Achaia formas,

is ab Scaligero veterum codicum vestigia: Hioa, Hiona (Heins. Nott. in Prop. p. 704. Hertzberg. p. 190.) sequuto sic immutatus est, ut nomen Jona: Et quot Jona tulit" reciperet (quod nomen ne Marklandus quidem in Stat. Silv. IV. 3, 59. p. 316. indigno ille silentio ab Hertzbergio quoque p. 190. transmissus idoneis stabilivit exemplis), Grutero autem materiam praebuit Suspic. Inedit. XXII. 13. ap. Burmann. Prop. p. 421. haec dubitandi: Nemo mihi persuadebit tautologiam hanc cultissimi poetae: Troja et Priami regna. Quid ergo est? Suspicor fuisse: Et quot Eos retulit, ut signet regionem orientalem. Malim quidem: Et quot Eoa tulit, sed non succurrit simile exemplum nec libri, qui me id doceant, praesto sunt." Cui emendationi ut recipiendae vehementer favit, ita firmandae insigniter defuit Hertzbergius p. 191., adeo ut nec quid subesset rei difficultatis adverteret et diversissima quaeque misceret, ut in Cinnae commentariis accuratius demonstrabitur eo loco, quo docebimus in Hygini Astron. II. 42. p. 497.: jure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum" id, quod in codicibus Vossianis reperit Staverenius p. 498.: pro Luciferum duo Voss. Hedum," prave detortum esse a vero Heoum, Eoum, quod idem nomen in hanc speciem deformatum: chorus (id, quod in Ausonii Mosella v. 316.: Chorus achates id est eous achates factum esse vult Heinsius in Claudian. Jdyll. V. 26. p. 847. neglectus ab Wernsdorfio Poett. Latt. Min. p. 269. Exc. XII. T. I.) originem nequidquam ab Hertzbergio Obss. in aliquot Prop. loc. p. 20. sq. et Comm. l. d. quaesitam monstrat vocis illius subditiciae: Troja. add. Ovid. Her. III. 57.: fulserit Eos. codd. Heinsii p.32. hora. Sed majorem etiam, quam Hertzbergius, mirationem facit Boissonadius, qui in Aristaenet. p. 398. haec posuit: Jona correctio est Scaligeri non bona, pro Troja, quod stare non potest ob tautologiam versus alterius. Gruterus proposuit: Et quot Eos retulit. — Propertius hic nondum sanus est,". nec intendit ipsi ei Gruteri emendationi, cui firmandae omnium maxime par fuit vir in graecis posterioris aetatis scriptoribus assidue volutatus. Frequentissimus enim vocis *ἑῴα* is usus est, qui cernitur apud Zosimum IV. 26. p. 325. Reit. *τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν οὐ πόῤῥω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας* et alios ap. Bos. Ellips. p. 155. et Leisner. p. 325. Steph. Thes. p. 2638. A. Vol. III. Boissonad. in Eunap. p. 218. Jgitur id, quod Lucanus dixit V. 52.: populis telluris Eoae et VII. 423. terraé Eoae et Claudianus Pr. Cons. Stilich. II. 285.: omnis Eoi Ora silet" — sic enim amoto illo: et Austri, astra. Eos et Auster interpretum non indoctorum (vid. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 243. p. 578. et Subsiciv. nostr. I. Schneidev. Philol. p. 720.) commento corrigendum esse facile obtinebimus, ubi loci Propertii IV. 2, 35.: Est etiam — Vertumnus et ejus" emendandi copia erit —, maluit Alexandrinos poetas sequntus, ut Callimach. Del. 280. *πόληες Αἵ τε πρὸς ἠοίην αἵ θ' ἕσπερον αἵ τ' ἀνὰ μέσσην Κλήρους ἐστήσαντο* conf. Hesych. I. p. 1644. *ἠοίην· — τὴν πρὸς ἀνατολήν*, Pro-

pertius in sententia simili Aristaeneti loco huic I. 12. p. 57. τίς ἄρα τεθέαται τῆς ἕω τὰ κάλλη; τίς δὲ ταῖς ἑσπερίαις ὡμίληκε γυναιξίν; dicere Eoam. Quod ipsum nomen video extare in Philoxeni Glossis p. 65.: Eoa. ἀνατολή et p. 13. ἀνατολή. Eoa. Ortus. Oriens".

Ceterum eadem illa Jona, Hiona invenio apud Lactantium in Stat. Theb. II. 382. p. 91. C.: Ceres venit ad Eleusinum regem, cujus uxor Jona puerum peperit Triptolemum" (ubi codd. Lindenbrog. p. 722. b. B. et Muncker. Hygin. Fab. CXLVII. p. 257. not. 4. tenent Hionia, duo Monacenses a nobis inspecti Hioma, Hyona Patarol. in Mamertin. Grat. Act. VIII. 2. p. 679. et Scheffer. Hygin. l. d.) et Mythographum II. 96. p. 107, 22.: Triptolemi, quem uxor Hiona ipsi peperit". Quibus non Deiopae (Beckmann. in Aristot. Mir. Ausc. CXLIII. p. 292. Creuzer. Symb. IV. p. 273.), sed Chitoniae nomen reddendum esse probabiliter videor conjecisse comparatis Scholiasta Callim. Jov. 77. p. 24. ἔστι δὲ δῆμος Ἀττικῆς Χιτώνη. Holsten. in Steph. Byz. p. 357. sq. Grotefend. de Demis Atticae p. 37. et Servio in Virg. Georg. I. 19. p. 175.: uxor Cyntinia" atque Hygino Fab. CXLVII.: Ceres devenit ad Eleusinum regem, cujus uxor Cothonea (ut Χιτωνέα et Χιτωνία Meinek. Philol. Exercitt. in Athen. I. p. 45.) puerum Triptolemum pepererat", qui locus in vitii suspicionem adductus est a Scheffero, non item a Munckero aut Lindenbrogio l. d. aut, ut reliquos omittam, ab Heinsio in Ovid. Fast. IV. 539. p. 275. (qui Meursiana Athen. Attic. III. 1. repetisse dicitur a Ruhnkenio Hymn. Cer. 161. p. 30.). Rursus idem nomen, quod in Hygini loco dicto fieri jussimus Chitoniam, dubium esse non potest quin in Recogn. S. Clement. X. 21. p. 318. B. Gall.: Jupiter vitiat Cotoniam Lesbi filiam", qui locus fugit Rhodomannum Wesselingiumque in Diodor. V. p. 397, 39., recte convertam in Cydoniam, de qua id, quod affert auctor Recognitionum, proditum fuisse suspicor in vetusto illo de Lesbi originibus carmine (Parthen. 21. p. 324, 25. ὁ τὴν Λέσβου κτίσιν ποιήσας). Sic enim est apud Plinium Nat. Hist. V. 31, 39. p. 365.: Insulae appositae (Lesbo) — Leucae quinque. Ex iis Cydonea cum fonte calido" et II. 103, 106. p. 199. sq.: Jn Cydonea insula ante Lesbum fons calidus vere tantum fluit". Conf. Casaub. in Athen. III. p. 155, 68. Albert. in Hesych. v. Κοδώνεα II. p. 292. Plin. XV. 11, 10. p. 49. Vol. III.: mala, quae vocamus cotonea et Graeci cydonia". Gloss. Labb. p. 44.: Cotoneum, κυδώνιον. Cotonia, κυδώνια. Salmas. Plin. Exerc. p. 670. b. F. 500. a. A. Schneid. Scriptt. Rei Rust. p. 158. T. IV. P. III. Add. Salmas. et Duker. in Flor. III. 7, 4. p. 506.; nam Cydonia (cod. Snak. Cynonia) scribi apud Plinium videtur praestare.

Revertor nunc ad Propertium. Namque elegiae, de qua supra p. 15. disserui, versus 24.: hic nulla puella Nec fida Euadne nec pia Penelope", admonuerat me de carmine I. 15. 21.:

Conjugis Euadne miseros elata per ignes
Occidit, Argivae fama pudicitiae

(ex quo non minus, quam ex Ausonii Parent. II. 3. sq. p. 111. profecisse puto scriptorem Epigrammatis a Majansio Epist. II. p. XLIV. vulgati conf. Schrader. Epist. Crit. p. LX). Nolo autem referre ac confutare, quae de loco dubio controversoque a doctis hominibus in Propertii commentariis explicata extant aut id, quod in tribus codicibus legitur, (caros) delata probare exemplis Theodoreti Graec. Aff. Cur. VIII. p. 904. πυρὰν ἅψας καὶ ἑαυτόν γε καθεὶς τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο (Ἡρακλῆς) et Pselli Daem. p. 6. οἱ πυραῦσται εἰς τὸ πῦρ ἑαυτοὺς καθιέντες et talibus; satis est ea expromere, quae Lachmannus p. 66. 410. et Hertzbergius p. 54. praetermiserunt. Nam que Huschkius Praef. Tib. p. XXVI. sqq. verba miseros elata per ignes recte dici exemplo Manilii IV. 69.: terramque per ignes Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris" efficere conatus est; Jacobsius autem in Philostr. Jmagg. II. 9. p. 456. sq. haec argumentatus est: Euadne ap. Eurip. Suppl. 1049. [conf. Hertzb. l. d.] Ὄρνις τις ὡσεὶ Καπανέως ὑπὲρ πυρᾶς Δύστηνον αἰώρημα κουφίζω, πάτερ. Ἄισσω θανόντος Καπανέως τήνδ' ἐς πυράν. Haec tuentur vulgatam lectionem ap. Propert. I. 16, 19. miseros elata per ignes, ubi Lachmannus ablata edidit, quia Euadne non sit elata, quippe quae se vivam in mariti

rogum praecipitaverit"; postremo Peerlkampius Bibl. Crit. Nov. Vol. V. P. I. p. 170. ad emendationem descendit hancce: laetata per ignes Occidit". Ego vero hoc acriore cogitatione complexus tale aliquid requiri, unde eluceat quam eximia conjugis caritate flagraverit Euadne, simul quod „vocem misere pro aliis minus intellectis, ut miscere, supponi solitam esse a librariis Christianis" docuit D'Orvillius in Charit. III. 3. p. 373, affirmare non dubito hoc a Propertio scriptum fuisse:

Conjugis Euadne miscere os laeta per ignes
Occidit.

Ubi dictum est miscere os, ut Valer. Flacc. III. 310.: fas jungere tecum Pectora et exsangues miscere amplexibus artus" conf. Prop. III. 11, 22.: Imponuntque suis ora perusta viris" conf. Burmann. p. 149. a. b. Quint. Smyrn. X. 481. *Εὐάδνην Καπανῆος ἐπεκχυμένην μελέεσσιν Ἀμφὶ πόσιν δμηθέντα Διὸς στονόεντι κεραυνῷ*, ignes autem ut Martial. IV. 75, 5.: Arserit Euadne flammis injecta mariti (conf. Heins. in Claudian. Bell. Gild. 407. p. 318.) et Stat. Theb. XII. 800.: Turbine quo sese caris instraverit audax Ignibus Euadne fulmenque in pectore magno Quaesierit" (quo loco Hertzbergius uti debuerat conf. Schol. Barth. p. 1560.) et Claudian. Laud. Seren. 151.: et prona ruens Capaneia conjux Communes ardente viro mistura favillas;" denique miscere laeta (quae vox, postquam altera illa: miseros erupit, facile cessit voci elata conf. Drakenborch. in Liv. XXIII. 37, 8. p. 549. T. VII.), ut Sil. Jtal. III. 575.: gens — laeta domare labores" et XVI. 565.: Indibilisque diu laetus bellare Latinis." Vechner. Hellenolex. I. 21. p. 191. Hertzberg. Quaestt. Prop. II. 6. p. 157.

Verum libet animadversionis severitatem revocare ad eum locum, quem Hertzbergius noster, vir in omni antiquarum litterarum subtilitate sollertissimus, videtur parum recte descripsisse: Sunt, inquit Quaestt. II. 6. p. 163., qui etiam latinis poetis nova quaedam invenire licere nec quae semel tantum reperiantur in scriptore aliquo, statim ut soloecismos damnanda esse non intelligant. Quo circa mirandum, quod Lachmannus, qui I. 1, 24. Cytainis probaverit — itemque II. 32, 40. Naica dona ipse Propertio reddiderit, tamen nec II. 3, 24. ardidus nec II. 9, 12. fluviis vadis postliminio revocare sustinuit. Nos vero haec, quae nemo imitatus est, tuemur. — In hominum et locorum appellationibus grato sono et mensurae versibus accommodatae plurimum dedisse Propertium patet. Hinc breviores adjectivorum formae, inter quas, ne de vulgaribus dicam ut III. 11, 52. Romula vincla solus ausus est dicere Bajae aquae I. 11, 30. et Curii fratres pro Curiatiis III. 3, 6. Quibus exemplis freti III. 9, 44. Dore pro dure, quod nihili erat, restituimus." Nos quidem de illo Cytainis supra cap. III. p. 15., de Naicis donis p. 21. sq., de Doro poeta cap. 1. (ubi p. 4. vers. 1. omissa sunt Lucani verba IX. 36. Dorida Malean et v. 21. inutilis Salmasii de Auson. Mosell. 316. conjectura: Dorus Achates vid. Gron. Obss. I. 19. p. 120. et supra p. 31.) existimavimus, ut tria supersint, de quibus dicamus. Ergo Bajas aquas Propertius I. 11, 30. videtur dixisse eodem modo, quo Romulam gentem, Cocytam aquam alii conf. c. 1. p. 3. 4. At vero quum demonstraverimus in Theb. Parad. Coroll. XII. p. 397. fere hunc illarum formarum ordinem duci: Romuleus, Romulus: Oceaneus, Oceanus: Cocytius, Cocytus: Gallicus, Gallius, Gallus, videtur abhorrere ab hoc genere illud Bajae aquae propterea, quod omnes omnino scriptores Bajanas aquas (Prudent. contra Symm. II. 740.) vel Bajarum stagna (ut Propert. III. 16, 2.) dicere maluerunt, quam Bajicas. Quid multa? sic ille versus olim legi solitus fuit:

Ah, valeant Bajae. Crimen amoris aquae.

Jam de eleg. II. 7. 12. ita disputavit Hertzbergius p. 116. sq.: Heinsius flavis, quod certatim omnes arripuerunt. Ne tamen languere attributum fluviis censeas, quantam antiqui vim in purgando perennis aquae undis tribuerint, memineris velim. — Ita appositum corpus flumini puta, ut versus undas porrectum fortasse etiam ex parte in undas pertineret.—Ob oculos versatum esse Propertio Homericum

locum: *ἑλὼν κόνιν — χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόςωπον* Huschkius persuadet Epist. Crit. p. 13." Satius vero erat afferri aut Kirchmannum de Fun. II. 12. p. 209. Senec. Troad. 84. 101. aut Quintum Smyrnaeum III. 544. sqq., qui quidem auctor est a Graecis auctore Nestore cruentum Achillis corpus lotum esse (v. 523.), captivam Briseidem *(ληΐτιδα)* autem sic luxisse, ut et assidue fleret et os laniaret *(δρυπτομένη χρόα καλόν* ut Hom. Jl. XIX. 285. Prop. v. 10.) ac comas libaret v. 687. (Prop. v. 13. codd. siccavitque comis. foedavitque comas). Deinde non dissimulo nihil illa interpretatione vocum: appositum fluviis in Simoenta vadis" videri et contortius et inertius. Quamquam qui non viderunt flava vada non Simoentis esse, sed Xanthi (Maussac. in Plutarch. Vol. X. p. 759. not. 66. Schol. Hom. Jl. XXI. 2. p. 566, 33. b. Etym. Magn. p. 715, 38. Arsen. p. 284.) non mirum est quod iidem pepercerunt vitio, quo nullum est vulgatius (conf. Martial. IV. 78, 8. Sigerios. codd. Schneidev. p. 193. sidereos, VI. 73, 8. rigeat. Voss. rideat. XI. 98, 18. gentibus. Wolfenb. dentibus. Liv. 27, 25, 7. cod. Hav. Clastigium). Nec enim vadis, sed vagis antiquitus exaratum fuit:

fluviis in Simoenta vagis,

pro qua voce nolo disertus esse (conf. Broukhus. in Tib. I. 3, 39. p. 64. Drakenborch. in Sil. IX. 242. p. 464.). Vid. Strab. XIII. p. 595. 597. *οἱ δὲ ποταμοὶ ὅ τε Σκάμανδρος καὶ ὁ Σιμόεις — μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ νῦν Ἰλίου συμβάλλουσιν, εἶτ' ἐπὶ τὸ Σίγειον ἐκδιδόασι καὶ ποιοῦσι τὴν στομαλίμνην καλουμένην.* Voss. in Catull. p. 247. Gron. Senec. Troad. 932. p. 438. Oberlin. in Vib. Seq. p. 215. et qui doctos homines fugit, Dar. Phryg. 2. p. 148, 18.: Laomedonti regi Trojanorum nunciatum est mirandam navim in portum Simoenta intrasse." Harduin. in Plin. Nat. Hist. V. 33. p. 473. not. c. Vol. II. Conf. Theb. Parad. II. 5. p. 171.

Denique in eleg. II. 2, 34. recte inferri vocem ardidus idem Hertzbergius l. d. et Comm. p. 94, pugnat. Qui nec ea exempla commemoravit, quae sunt apud Heinsium in Ovid. Met. V. 2. p. 315. et Gronovium Epist. ad Heins. CCXXII. p. 272. Syll. Burm. T. III. aut fulgidus, de quo Daum. de Causs. Amiss. Radic. Lat. Ling. cap. XXVII. p. 515., aut tremidus, quod in codice Menteliano Prop. IV. 1, 43. Broukhus. p. 328. repertum quidam firmari opinantur Not. Tiron. p. 153.: tremit, tremor, tremidus," et ignorat ab Salmasio Exerc. Plin. p. 189. a. B. Fabiano ap. Charis. et Gell. ipsum illud ardidus redditum esse. Cui conjecturae quum faveat Heinsius l. d., nos tamen vel ea de caussa, quam attulit ipse Salmasius l. d. D. non minus vehementer refragamur, quam qua Valgii ap. Charis. I. 18, 36. p. 61. versum sic prodere ausus est Exerc. Plin. p. 790. a. F. et 502. a. D.: Sint gyrosa, rotunda margarita," de quo versu explicavimus Valg. p. 221. omisso loco Manuelis Philae Carm. V. 665. p. 202. *μάργαρον — Εἰς ἀστραπῆς ἔκλαμψιν ἐσφαιρωμένον.* De Propertii igitur versu: Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus Aridus argutum sternuit omen Amor (arduus Gron. Voss. 4. Dorv. 2. Askev. aridus Hamb. Harl. duo Burm. arridus Heins. Voss. Mentel. Neap. Colot. Vatic. 2. Leid. 2. Voss. 3. Dorv. 1., ut Groning. et Hamb. eleg. II. 15, 34. ardidus Dresd. candidus Macrob. et Grammat. Endlich.) omnes omnino doctos prave sentire existimo. Qui ne illud quidem viderunt primos dies (Sitzmann. in Rutil. Jt. I. 632. p. 168.) a Propertio dici primos soles, ut est apud Valerium Flaccum III. 612. (conf. Senec. Herc. Fur. 672.: primus aut serus dies." Tit. in Nemesian. Ecl. I. 8. p. 455. Drakenborch. in Sil. IX. 33. p. 451. Burmann. in Valer. Flacc. III. 257. p. 268. Weichert. Epist. Crit. p. 52.). Quoniam autem sternutamenta matutina mali ominis credebantur esse vid. Alexand. ab Alexandro Gen. Dier. II. 26. p. 501. et Tiraquell. not. 2. (qui p. 500. sq. primus Theocriti locos cum Propertio comparavit, id quod fugit Hertzbergium p. 95.) et Maasvic. in Polyaen. III. 10, 2. p. 275. a. b., facile perspicitur recepta, quam tenent codices Leid. 1. et Voss. 3., voce non (vid. Arntzen. in Mamertin. Grat. Act. XXII. 5. p. 736.) versus eos sic scribendos esse:

Non tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aridus argutum sternuit omen Amor

(vel si quid a librariis peccatum esse omnino contendis, marcidus).

Postremo nihil usquam ab Hertzbergio nostro infelicius tentatum est, quam quod in eleg. IV. 3, 47:

Nec me tardarent Scythiae juga, cnm Pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas

nimirum his probatum argumentis p. 429. sq.: Mecum facillima mutatione pro Aphricus Aprico repone; hoc enim adjectivum a verbo aperire ductum proprie nihil nisi apertum et clarum significat; apricum igitur frigus apte septemtrionalium regionum gelu claro et aprico coelo acutius et vehementius, quam obducto significat" verborum perpetuitati ausus est inserere (v. Columell. X. 78.). Aliquanto sanius consilium sequuti sunt Keilius et Schneidewinus ap. Hertzberg. Praef. T. IV. p. V., qui pater tetricus rescribendum esse censuerunt. Quamquam Jovem hibernum, nubilum, malum apud multos poetas legimus, si Barthius Adv. I. 19. p. 43. et Calpurn. Ecl. V. 45. p. 670. et Stat. Theb. II. 154. p. 345. sq. Gronovius Senec. Oed. 45. p. 305. Cortius Lucan. VIII. 426. p. 339., alii non fallunt, non item Patrem malum, hibernum. Jtaque dicam, quid ipse sentiam. Postquam enim ex Ammiani Marcellini XXII. 8, 30. loco, qui succurrerat animo: per Pateres angustias" (cod. Tolos. Patares Colb. Vales. p. 463.) nihil ad restituendum Propertii versum profici intellexi, dilucere coepit proventum illum male auspicatarum vocum: niger Vatic. sec. (ut niger Boreas Stat. Theb. VIII. 411. Auster Barth. V. 705. p. 319.) patet ed. Reg. pater mult. codd. patere Voss. parat Gron. manasse ex nomine Borea parum percepto. Quod nomen cum iis vocabulis, quae in optimis codicibus manent, satis fere concinit. Nam inter bore(altas) et pr, pre (patere Voss. conf. Barth. in Coripp. de Laud. Just. I. 166. p. 334.) et para (Gron.) hoc maxime intercedit discrimen, quo inter se sejunguntur pacato Eleg. III. 15, 2. et quod extat in eodem Groningano conf. Mentelian. et Broukh. et Leid. cod. ap. Burm. p. 649., baccato, turpis Tibull. I. 4, 83. et turbis cod. Scheff. ap. Columb. Epist. ad Heins. CLXV. p. 178. Syll. Burm. T. V. et alibi turpe: turba „quod referendum ad vitium pronunciationis eorum, qui vel dictabant vel dictantis verba excipiebant" Geel. Bibl. Crit. Nov. III. p. 286. aliaque, quae exprompserunt Heinsius in Ovid. Met. VI. 56. p. 450. et Drakenborchius in Liv. XXXVII. 49, 2. p. 883. T. X. conf. Muncker. in Fulgent. Exp. Serm. Ant. p. 781., quibus in Cinnae commentariis adjiciam exemplum ex Catulli carm. XCV. versu 7. petitum. Conf. Vib. Sequestr. p. 28. Boreas (Boras), quem in Subsic. cap. II. p. 721. correximus. Pompon. Mel. I. 7, 25. codd. Voss. Obss. p. 30. Borion: Botrion. Hegesipp. ap. Gronov. Obss. in Eccl. Scriptt. XXIV. p. 270. baris: brios, ut omittam Claudian. Rufin. I. 314., ubi in simili sententia quidam librarii (Heins. p. 73.) conati sunt in locum caesae Maeotidis sufficere patriam Maeotida et Ovid. Trist. IV. 8, 41. Lovan.: procul patria Boreo — sub axe," al. patria Boreae, Gallic. Scythico patria. Borea quidem ut infrequens est vocabulum librariisque parum cognitum, ita non minus recte dicitur, quam Marsya a Lucano et Claudiano (Eutrop. II. 265.) et Chrysa a Silio Conr. Schneider. Gramm. Lat. II. 1. p. 16. Valg. p. 419. sq. et Pelia in Senec. Med. 201. conf. Gronov. p. 472. Muncker. in Hygin. Fab. 254. p. 368. Vid. Bentl. Epist. ad Mill. p. 78. sq. Boreas autem quemadmodum ab aliis poetis Riphaeus (Claudian. Rufin. I. 244. Pr. Cons. Stilich. I. 124.), Sarmaticus (Corus Olybr. 132. Senec. Thyest. 127.), Ismaricus (Avien. D. O. 33.), Edonus, Odrysius, Dalmaticus (Burmann. in Grat. Cyneg. 55. p. 57.), ita a Propertio Taphricus vocatur (codd. Africus, Affricus, ed. Brix. Ven. Aphricus conf. Elect. Crit. p. 2. sq. Valg. p. 506. b. add. Prop. I. 7, 2. arma. Neap. rma. III. 6, 2. Sic tibi. Neap. ic. 9, 2. Intra fortunam. Neap. ntra „rubricatoris culpa" Hertzb. p. 11. 93. 99. conf. I. 15, 2. p. 21. IV. 9, 1. p. 155. II. 10, 1. p. 45.) sive credere libet in Graeca voce „υ abisse in φ, quod vitium scribendi pronunciatio non semel peperit" (Boissonad. in Andreop. Syntip. 208. conf. Bed. p. 2350.: V — consonantis locum tenet, cum — latine avrum — nominamus conf. Aura: Habra Wernsd. Him. Ecl. XXXVI. p. 310. Hebrus: Eurus Burm. Virg. Aen. I. 317. p. 96.): Tauricus Boreas, quem „nivei procreant Taurici montes" (German. Arat. Phaen. 242.), qui „a gelidis Tauricae convallibus tollitur" (Valer. Flacc. II. 515.). Vid. Plin. Nat. Hist. IV. 12. s. 26, 85. 87. p. 299. 300.: Taurica —

vastis attollitur jugis. — Taphrae in ipsis angustiis paeninsulae. — Per Maeotim autem ab extremo Isthmo, qui locus Taphrae vocatur, ad os Bospori CCLX. M. pass. longitudo colligitur.“ Pompon. Mel. II. 1. p. 26, 25.: Quod inter paludem et sinum est, Taphrae nominatur.“ Herod. IV. 3. *τάφρον — κατατείνουσαν ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρέων ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην* (Harduin. in Plin. l. d. p. 170. Holsten. in Steph. Byz. p. 316. sq. Kram. Strab. VII. p. 34.). Strab. VII. p. 309. *μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία — τραχεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ καταιγίζουσα τοῖς Βορέαις ἵδρυται* conf. p. 311. *τῆς ὀρεινῆς τῆς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ μέχρι Θεοδοσίας.* Quibus locis simul hoc cautum est, ne quis Scythiae juga instituto sane quam prompto (Burmann. in Valer. Flacc. VI. 140. p. 508. Martial. V. 31. 3. vagus ille. ed. Ven. et Merul. jugus) animum inducat facere Scythiae vada, ut Martial. VII. 19, 4. Heins. in Claudian. Bell. Get. 2. p. 566. Jtaque eadem sententia a Propertio hic posita videtur, quae a Valerio Flacco IV. 722.: hinc Boreae cedens glacialibus auris Pontus“ conf. Carrio et Voss. p. 399. et Vales. in Ammian. Marcellin. XXII. 8, 46. p. 470. Claudian. Cons. Olybr. 36.: gelido (Scythico Epigr. 24, 2.) si quem Maeotia pascit sub Jove.“ Lucan. II. 641. conf. V. 436.: add. Claudian. Bell. Get. 60. conf. Olybr. 132. „Aquilo glacie constringat.“ Senec. Thyest. 127.: nives — Sarmaticus tempore frigido In summis Boreas composuit jugis.“ Avien. D. O. 33.: riget (Tanais) flabris Aquilonis.“ Paulin. ad Nic. p. 856. A.: Boreas — Alligat — fluvios pruinis“ conf. Munck. Hyg. 120. p. 213. Burm. Prop. p. 759. *δεσμὰ κρυστάλλινα* Theophyl. J. Reg. 3. p. 194. C.

Caput VI.

Epicurus senex. Gargetti carmina, ut Smyrnae volumen. Philetae *Παίγνια.* Amphiarai Amyclaei (Taenarei, Oebalii) equi, Pharaeae quadrigae. Qualem Arionem, Adrasti equum, in ludis funebribus Archemori fuisse scripserit Antimachus.

Venio ad Propert. Eleg. II. 25, 27.:

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit aut rerum dicere posse vias?
Aut quid Erechthei tibi prosunt carmina lecta?
Nil juvat in magno vester amore senex.
Tu satius Musis meliorem imitere Philetam
Et non inflati somnia Callimachi.

Antequam autem ad explicandos corrigendosque eos versus, qui de Phileta et Callimacho sunt, aggrediamur, videtur illud praemuniendum esse, ut quae in v. 29. subsit mentio, perspiciatur ac cognoscatur. Et Bergkius quidem — nam non afferam sententias nisi insignes et novissimam quamque — Heinsio Nott. in Prop. p. 711. (Smyrnaei carmina) hactenus assensus, ut Homerum hic praedicari arbitraretur (Ephem. Litt. Jen. 1847. p. 1081.) ex Stephan. Byzant. p. 164, 23. *Κεγχρέαι, πόλις Τρωάδος, ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος μανθάνων τὰ κατὰ τοὺς Τρῶας* conjecturam fecit Homero ab Propertio cognomen Cenchrei additum esse. Quam opinionem C. F. Hermannus ap. Schneidewin. Philol. III. 1. p. 100. sic correxisse sibi visus est, ut Crethei scriberet ratus ille de Puccii, ut videtur, sententia (vid. Hertzberg. p. 82. T. II.) Homerum Cretheide matre natum Cretheum nominari potuisse, quemadmodum Aeetam, Perseidis filium Hesiod. Theog. 957., prolem Perseiam Valer. Flacc. V. 582. Uterque igitur repudiavit Hertzbergii institutum, qui Diss. de Prop. amoribus p. 3. sq. Obss. in aliquot Prop. locos p. 15. Quaestt. I. 5. p. 20. Comm. p. 226. sibi persuasit Erechthei scribendum esse, quo nomine eundem, quem Scaliger v. 41. exulare jusserit, Aeschylum significari ait Lynceumque a Propertio admonitum esse, ut relicto severioris tragoediae studio, quo Aeschyli exemplum sequutus septem ducum ad Thebas caesorum memoriam celebrare vellet, tenuiorem Musam meditaretur.“ Quasi vero obscurum fuerit Aeschylum, si et v. 29.: Aut quid Erechthei prosunt tibi carmina lecta“ et v. 41.: Desine et

Aeschyleo componere verba cothurno" intelligi eum statuas, videri alterutro loco male et praepostere commemorari aut (ut concedatur, quod minime concedendum est, utrumque versum eandem mentionem recipere) in v. 29. opus esse praedicatione carminum ad Aeschyli exemplum factorum, nec vero lectorum ipsius Aeschyli carminum; quasi illud non diluceat (ne quid de vocabulis „vester senex" aut de Aeschylo poeta Socratis nomini subjuncto dicam) et cognominis illius vim — id quod nequit dici de aliis: Maeonius, Ascraeus, Cous, Pylius, Ithacus, de quibus in eleg. ad Messall. 15. explicabitur — tam late patere atque adeo diffusam esse, ut non solum tragicum quemque poetam, quo Athenae nobiles extiterunt (Claudian. in Eutrop. I. 292.: Thebas ac funera Trojae Tristis Erechthei deplorat scena theatri), verum etiam, quos summovendos omnino ducit Hertzbergius, philosophos reminisci subeat (Sidon. Apollin. Carm. II. 167. p. 17.: Quidquid Erechtheis Cynicorum turba volutat Gymnasiis imitata tuos, Epicure, sodales." Claudian. Mall. Theod. Cons. 67.: Omnia Cecropiae relegis secreta senectae." Martial. X. 33, 2. VII. 69, 3. Juvenal. XIII. 185. Stat. Silv. I. 3, 93.: suis digressus Athenis — senior Gargettius") nec posse Erechtheum perspicue appellari, nisi praemunitione aliqua, quae ad Atheniensis tragici notitiam pertineat peculiariter (conf. Scalig. Prop. p. 484.), facta, quemadmodum ut Archimedes intelligeretur hoc versu Epigr. XVIII. 5.: Jura poli rerumque fidem legesque deorum Ecce Syracosius transtulit arte senex" a Claudiano non minore prudentia cautum est, quam qua Theocritum a se laudari significarunt Virgilius Ecl. VI. 1.: Prima Syracosia dignata est ludere versu Nostra Thalia" et Statius Silv. V. 3, 150.: quantumque pios ditarit agrestes Ascraeus Siculusque senex." Conf. Burmann. in Ovid. Jb. 551. p. 140. Verum de Erechtheo isto poeta hactenus. Nolo enim pluribus in hac caussa argumentari, si quid est evidens. Verissimum autem est id, quod Turnebus Advers. VII. 26. p. 224, 14. exprompsit: fortasse Lucreti carmina perstudiose Lynceus legebat, cum et ipse poetas amaret et versus scriberet et ex illius aetatis secta se ad Epicuri sententiam propensiorem et dociliorem praeberet; ea enim philosophia tum in amoribus et deliciis erat et Nil juvat in magno vester amore senex." Quam sententiam parum cepit Hertzbergius nimirum hanc refutandi rationem ingressus p. 226.: Lucretium juvenem mortuum senem dici non posse obliti sunt," quod eo vehementius mirere, quod perspicua oratio est et Broukhusii p. 203.: legendum esse Lucreti bene evicerunt Turnebus et Scaliger. — Senex ille in sequenti versu non est alius ab Epicuro" et F. G. Barthii p. 179.: vester senex Epicuro — convenit [Lucret. III. 1056.: Epicurus — genus humanum ingenio superavit et omnes Praestrinxit stellas exortus ut aetherius Sol." Bernhardy. Hist. Rom. Litt. p. 439. not. 398.]. Lucretii carmina recens edita a Romanis avidissime lecta sunt: inde certe magnus numerus amatorum philosophiae Epicureae inter Romanos extitisse videtur." Quamquam nostra ita fert opinio, ut Lucretium re dici arbitrer, nomine appellari negem. Vel quod verisimile non est potuisse inclytum Romani poetae nomen ita obscurari, ut intercideret nec, ut hoc concedatur, a Lucretii nomine cogitationem licet ad Epicurum senem detorqueri. Inveniuntur enim in libris manuscriptis haec: Erithei (Commel. membr.), Erethei (Gron.), Erecthei (pr. Leid.), Erehthei (Ment. Leid. sec. Voss. prim. tert.), Erechthaei, Erechti (Neap.); Crethei, Cretheis, Cretei (Hamb.), Critei; in primo autem Broukhusii codice p. 203. Burmann. p. 466. a. vacuus locus in medio versu relictus est. Haec consideranti atque inter se contendenti tria manifesto emergunt: nomen, cui hic locus debetur, exisse in litteras ti (Erechti Neap.), proxime superiorem autem syllabam habuisse eam vocalem, quae graece η scriberetur (Erethei, Erechti, Eretei: Erithei, Critei conf. supr. p. 15.), in universo autem vocabulo consignando ita fere variatum esse, quemadmodum apud Livium XXXVIII. 39, 10. Gergithum. Bamb. Gergitam. Lov. 3. Gagitum. Lovel. 4. 5. Gaertn. Gergitum Lov. 2. Gregitum (conf. Epitom. Jl. Hom. 207. Cretaeus. cod. Burm. Cretheus.) et Horatium Epist. I. 6, 58. Gargilius. Feae aliquott codd. p. 231. Gragilius. Unde quum omnis codicum diversitas redire videatur ad vocabula Ceriti (Cariti), Ercheti, Erceti, recordanti rem ab Hertzbergio in eleg. II. 1, 11. p. 81. et a

nobis Valg. p. 503. b. expositam dilucet id, quod a Propertio profectum erat: Geriti (Polluc. Onom. V. 46. p. 500. cod. Seb. *γαρύττιος*), Gergithi (conf. Cort. in Cic. Epist. ad Fam. XV. 16, 3. p. 807.), Gargeti (*Γαργήττιος* cod. Monac. Diog. Laert. X. 1, 1. p. 437. Rehd. Steph. Byz. p. 15. Passov. Bernhardy. in Suid. I. p. 1072, 10.):

Aut quid Gargetti tibi prosunt carmina lecta?
Nil juvat in magno vester amore senex.

Quod nomen quominus a librariis incolume servaretur, maxime offecit ipsum dicendi genus, quo rarius usi scriptores sunt: Gargetti carmina. Usus autem est Sidonius Apollinaris Carm. IX. 145. p. 122.: Ast illum — Nec Smyrnae satis explicat volumen" et 208. p. 125.: Non hic Hesiodea pinguis Ascrae Spectes carmina," Martialis III. 63, 5.: Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat (qui locus similis est Sil. Ital. XV. v. 297.: Nunc et Phaeacum Thesprotiaque arva lacessens" et aliis Theb. Parad. Coroll. IV. p. 361. conf. Prudent. *περὶ στεφ.* X. p. 134. A.: Illudit — Thessalorum carmine" et Apoth. p. 174. B.: nil Thessala prosunt Carmina"), Claudianus Laud. Seren. 147.: quos Smyrna dedit, quos Mantua libros" conf. Juvenc. Praef. Hist. Evang. p. 451. B.: cantus Smyrnae de fonte fluentes." Sidon. II. 184. p. 18.: Mantua quas acies pelagique pericula lusit" et IX. 214. p. 126.: quod Mantua contumax Homero Adjecit Latialibus loquelis" conf. 227. p. 127.: Quod Corduba — Facundum ciet." add. Subsic. nostr. l. d. c. IV. p. 727. Stat. Silv. IV. 2, 9.: mihi — Nectat adoratas et Smyrna et Mantua lauros" et II. 7, 34.: Grajo nobilior Melete Baetis. Baetin, Mantua, provocare noli." Ergo hoc ait Propertius: in magno amore nihil prodesse monitus, quos dat Gargettius auctor Stat. Silv. II. 2, 113. (senior Gargettius id. I. 3, 94. conf. Gevart. p. 44. sq. Scheffer. in Phaedr. II. Prol. 8. p. 107. sq.) vel Cecropiae secreta senectae, si Claudiani Mall. Theod. Cons. 67. verbis libet uti, sive remedia, quae in suo de amore libro (*περὶ ἔρωτος* Diog. Laert. X. 17, 27. p. 465.) tradidit Epicurus et qui hinc profecit, Lucretius in extremo libro quarto. Additque „missa scientia philosophiae moralis Socraticorum aut naturali Epicureorum satius fore si Lynceus redeat ad poetas — Callimachum ac Philetam" Broukhus. p. 203. Quae autem hic Philetae ac Callimachi dicantur carmina, magna dissensio est inter doctos homines. Documento est hinc ingens emendationum factarum proventus, inde multiplex de Callimachi mentione explicandi diversitas.

Jam quod ad v. 31. attinet, breviter percurram et quasi uno in adspectu collocem multa illa constituendae veritati excogitata. Proposuit autem Scaliger: Musis meliorem, quem sequuti sunt Broukhusius, Dalecampius, alii multi (ut Osannus in Apulej. de Orthogr. p. 25. quamvis dubitanter); memorem Muses Marklandus, Mimnermum aut Coum Heinsius, Mimnermi aut Musam — Philetae vel Mimnermum aut Musam Koppiersius, Struchtmeyerus Musae numeros, Burmannus mollem Musis, Santenius Musam leviorem — Philetae, Eldikius teneri lusus — Philetae, Lachmannus Battus memorem Musis, quam conjecturam probatam Bachio Philet. p. 13. sq. not. 20. Prellero in Hal. Doctr. Encycl. Sect. III. T. XXII. p. 295. a., memorabilem Bernhardyo Graec. Litt. p. 398. visam repudiandam duco de iis caussis, quas attulit Hertzbergius p. 228. et quod usum vocis satius minime a latina consuetudine abhorrere idem docuit Quaestt. II. 6, 23. p. 143. et Comm. p. 227., ut fallatur Jacobus, quem sequuti sunt Bachius Philet. p. 271. et Merkelius Prolegg. Ovid. Fast. p. CCLI. Quamquam Hertzbergius rationem vere a se explicatam ipse adeo non tenuit, ut hujus emendationis auctor existeret: Tu socius Musis Mimnermi imitere Philetam," cui ortum dedisse videntur verba Burmanni p. 467. b.: socius Philetae et Callimacho commode adjungatur Mimnermus." Nuper autem Bergkius (cujus qui mentionem fecit, non idem rationem habuit Prellerus l. d. p. 294. not. 3.) Ephem. Philol. Cassel. 1844. p. 764. hoc excogitavit: Tu satius Meropem Musis imitere Philetam." Quod videtur ea de caussa reprobandum esse, quod hoc obtinuit consuetudo, ut Merops rex Coae insulae, Coi Meropes et Cous civis *Μερόπων ἀστὸς* vel *Μέροπος πολίτης*

diceretur conf. Spanhem. in Callim. Del. 160. p. 428. sq. 754. Vides igitur post tot doctorum virorum conatus rem esse integram, nisi quod recte inchoata ab Eldikio et Lachmanno videtur esse mentio certi cujusdam carminis. Quamquam hujus sententiae veritas repetenda est a Barthio, quem quum omnes sua laude fraudarint, faciendum jam nobis est ut merito verborum honore impertiamus. Sic enim ille in Advers. XXV. 4. p. 1219.: Memor Philetas ex aliqua operis sui parte dicitur, non aliter, quam somnia etiam Callimachi ad aliquam ejus cantilenam amatoriam pertinent. Jta uterque habet, qua laudetur, allusionem.“ Nec dubium est, quin recte in loco retineatur vox memor. Primum enim quid huic loco, quo Lynceus scribitur „coactus esse tandem Venerem et Cupidinem suos nunc precibus deos adire, quos habuerat ante Socratis et Epicuri discipulo minus dignos“ (Valck. Callim. Eleg. p. 12.), aptius convenientiusque est quam ut omissa severitate studiorum, quae in philosophorum scriptis posuerat, amicum jubeat Propertius jam lusui indulgere? Nam „quae levia carminibus produnt poetae, ea lusus Latini, παίγνια Graeci appellare consueverunt et ipsi ludere dicuntur“ Tit. in Nemesian. Ecl. I. 12. p. 457. sive uti mavis verbis Naekii in Cat. Dir. 26. p. 56.: ludunt poetae nunc omnes, quatenus occupationibus poesis severioribus opponitur, nunc ii, qui carmina non ita magna ac tenui argumento, non epica vel recondita gravique commendabilia argumento faciunt“ vel Hertzbergii Quaestt. Prop. II. 7. p. 208.: sunt igitur lusus poetici, qui et argumento et versibus leviores epici et tragici carminis gravitati eo nomine opponuntur“ (conf. Anth. Lat. III. 192, 1. 13. p. 632.: Jam libet ad lusus lascivaque furta reverti. — Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret. Ludere, Musa, juvat. Musa severa vale.“ Martial. II. 86, 11.: Lascivus elegis an severus herois“). Cui sententiae egregie suffragatur ea res, quod „Philetas παίγνια seu lusus carmine elegiaco scripsit“ Burmann. p. 467. b., de quo carminum genere cum alii, quos laudat Prellerus l. d. p. 295. a. tum Hertzbergius p. 207. sq. ac Bernhardyus Graec. Litt. Hist. p. 396. disseruerunt tam accurate ac plene, ut satis nunc habeam adjicere ab Weicherto de Laevio 6. p. 38. omissam esse mentionem Arati, cujus παίγνια Suidae auctoritate contestata attulit Buhlius p. 459. Vol. II. Jtaque ipsa res hortatur, ut versus ille sic reparetur:

Tu satius memorem lusus imitere Philetam.

In qua oratione cernitur „tropus quidam cogitati pro facto vel ampliatio quaedam significationis“ Rittershus. in Oppian. Hal. I. 290. p. 191. (conf. Wernsdorf. in Himer. Ecl. 21. p. 279. Peerlkamp. in Xenoph. Ephes. p. 197. Boissonad. in Anecd. Graec. IV. p. 104.), ut apud Manilium V. 20.: Heniochusque memor currus“ et Valerium Flaccum V. 583.: mos cominus arma Semper habere viro, semper meminisse pharetrae. vid. Burmann. p. 476. et in libr. III. 649. p. 312. Markland. in Stat. Silv. IV. 6, 56. p. 331. Jam si litterarum fides exigitur: vocem memorem quidem omnium codicum tuetur consensus, lusus autem redintegrare propterea et proclive et tutum est, quod antiquitus scriptum fuisse memorem usus indicio est vel codicis Dorvill. memoria: Musis memere detorta illa ex hac scriptura: memorem usus (unde quomodo manaverit memorem musis ex iis intelligitur, quae nuper in Subsicivis IV. p. 730. exprompsimus, quae majore cura persequemur in Cinnae commentariis, ubi apud Catullum XCV. 5. pravo instituto a quibusdam Satrachi nomen positum esse edocendi locus erit); voces usus autem et lusus in aliquot locis male inter se permutatas esse demonstravit Burmannus in Anth. Lat. V. 45, 4. p. 516.

Ceterum quum non vacet totum hunc Propertii locum subtilius explicare et pertractare — neque enim nunc Callimachea scribimus —, faciendum tamen videtur esse, ut illarum opinionum commenta tollantur, quae docti homines in versu 39. constituendo protulerunt. Namque quum in codicibus optimis et vetustissimis quibusque haec inventa essent: non amphiareae (Gron. sec. m. Neap. Hamb.), non amphiaraae (Dresd.), non amphiare (pr. m. Hamb.), non amphiarerae (pr. m. Neap.), nil Amphiareae Vatic. al. ap. Burm. p. 469., Haud amphiaraeae Perrej., multis haec scribendi ratio placuit: Amphiaraeae nil prosunt fata quadrigae,“ Lachmannus autem, quum in multis codicibus Burmanni: prosunt tibi“ extare vidisset, hoc excogitavit p. 225.: Non magna Amphiaraeae

prosunt tibi fata Quadrigae (quae verba hoc ordine collocari oportuerat: tibi fata quadrigae Prosunt"), Hertzbergius denique p. 232. affirmat: unice veram hujus loci scripturam esse hanc: Amphiaraeae haud prosunt: nam libri mss., inquit, nihil nisi male dissimulatos librariorum conatus produnt, quibus metro, ut crediderunt, labanti aut transpositis verbis aut inserto dativo tibi aut denique negandi vocabulo mutato subvenire studerent." Longe alia mihi est mens. Facile enim persuadere videor ipsum nomen Amphiarai, quod non minus, quam Ἀμφιάρης, unde fit Ἀμφιάρειος Meinek. in Euphor. fr. LXIX. p. 109. — nam mitto Ἄμφις Etym. Magn. p. 93, 50. et Zonar. p. 165. Bachmann. in Lycophr. 324. p. 80. Theb. Parad. Coroll. XVI. p. 409. — abhorret ab hujus versus modulis, sic autem scriptum (libet enim hoc ponere), ut in cod. Bavar. 1. et Putean. 2. Ovid. Fast. II. 43. Amphioraides, in hanc speciem: Amphioniae deduci nequit propterea, quod qui Amphioniam Quadrigam dicit Aoniam sive Thebanam Quadrigam (Theb. Parad. Coroll. VIII. p. 377. et II. 5. p. 165. sq.) in ambiguitatem incidit: igitur Amphiarai nomen facile persuadeo dissolvendum esse ea ratione, quam interiorum litterarum pervestigatio non dubie indicat. Etenim quadrigas Amphiarai, de quibus uberius disseruimus in Theb. Parad. III. 5. p. 325. II. 5. p. 164. sq. Coroll. XVI. p. 413. sq., Laconicas fuisse prodidit Statius Theb. VI. 326.: Oebalios sublimis agit — Amphiaraus equos" et 508.: Taenarei currus et IV. 214.: Taenareis hic celsus equis," ubi Barthius (v. 214. et 215.) haec p. 974. adscripsit: Spartanis equis Amphiaraum juncto curru inducit. Graecos equos generatim laudat Nemesianus, Thessalicos et Mycenaeos Gratius [Peloponnesios Arrhianus de Venat. c. XXIII. 2.], Mycenaeos item Virgilius; sed Papinius ad Cyllari progeniem respicit, qui Spartani numinis, Pollucis nimirum aut Castoris, equitatura fuit et sic Maro: Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus. — Papinius sua ista repetit lib. VI.: (Amphiarai equi) tua furto lapsa propago, Cyllare, dum — Castor Amyclaeas remo permutat habenas". Conf. Valer. Flacc. I. 425. Virg. Georg. III. 89. Prodidit autem hoc Statius sequutus Antimachum; siquidem apud Scholiastam Vrat. Pind. Ol. VI. 21. p. 132. τοὺς δὲ ἵππους αὐτοῦ φησὶν Ἀντίμαχος εἶναι ἀσυστάτους, οἱ δὲ Θεσσαλούς, vocem, quam corruptam pronunciavit Meinekius Reliqq. Euphor. p. 72. sive Anal. Alex. fr. XIX. p. 54., multa olim opinati in Theb. Parad. p. 413. 475. jam vere correxisse judicamur sic scribendo: εἶναι Ἀμυκλαίους, quod idem a Stollio in Antimach. Reliqq. fr. XXXIV. p. 58. propositum placuit et viro docto in Ephem. Cassel. Bergkii p. 188. Suppl. II. ann. 1845. et Schneidewino in Gotting. Litt. Ind. ann. 1845. p. 1732., qui inde profecisse sibi visus est ad verba Dionis Chrysost. Or. LXVI. p. 351, 30. ἀμοιβαίαν πῶλον ζητεῖν sic emendanda: Ἀμυκλαίαν πῶλον. Quae quum ita sint, nulla apud me relinquitur dubitatio, quin conflatae mala librariorum arte in Amphiarai nomen coierint eae litterae, quae ab ipso Propertio disparatae fuerant hoc modo: non jam phireae, pheraeae, pharaeae:

Non jam Pharaeae prosunt tibi fata quadrigae.

Recte enim Pharaea quadriga dicitur, quam Antimachus Statiusque vocant Amyclaeam, Oebaliam, Taenariam. Declarat et Plinius Nat. Hist. IV. 5, 16. p. 270. Sill.: deinde a Taenaro ager Laconicus. — Oppida Taenarum, Amyclae, Pherae," ubi Pharae scribendum censuit Meursius Misc. Lac. IV. 8. p. 276. his: Pausanias in Messenicis [III. 20, 3.] Φᾶριν — ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ προσοίκων καλουμένην Φαράς. Jtaque scribendum Pharae apud Plinium existimo. — Cave, cum Pheris confundas, quae Messeniae ac Thessaliae [atque Achajae Holsten. in Steph. Byz. p. 341.], non Laconicae" ceterum immemor Tzetzae in Lycophr. 552. p. 678. Φηραίοις· Λάκωσι· Φηραὶ γὰρ πόλις Μεσσηνίας ἤτοι Ἀρκαδίας· ἡ δὲ Ἀρκαδία Λακώνων conf. Schol. Palat. p. 131. Λάκωσι· Φηραὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ δὲ Ἀρκαδία Λακώνων, add. Strab. VIII. p. 360. sq. codd. Kram. p. 150. 151. Declarat etiam Statius quo loco Amphiarai milites recenset, IV. 223.: Hujus Apollineae currum comitantur Amyclae, Quos Pylos et dubiis Malea vitata carinis —, Quos Pharis volucrumque parens Cythereia Messe, Taygetique phalanx et oloriferi Eurotae Dura manus", qui locus Meursium l. d. non minus fugit, quam Scholiasta Nicandr. Alexiph. 395. p. 57. Φᾶρις γοῦν ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς. conf. Hesych. II. p. 1494. Φᾶρις· ὄνομα πόλεως.

Postremo ejusdem auctoritate Statii fretus occurro Hertzbergio Propertii versus 37. sq.

Qualis et Adrasti fuerit vocalis Arion
Tristis ad Archemori funera victor equus

in hanc sententiam interpretato p. 231.: Quidni equus, qui humana voce, mente vero plus etiam quam humana praeditus erat; praematura Opheltae morte luxisse et tristis fuisse a poeta illo, unde Propertius haec deprompsit, fingi potuerit?" Qualis enim fuerit Adrasteus Arion, victor equus, indignatus aurigam sibi datum Polynicem, Statius Antimachum, ut ego arbitror, sequutus luculenter narrat VI. 424.: Senserat adductis alium praesagus Arion Stare ducem loris dirumque expaverat insons Oedipodioniden. Jam illinc a limine discors („toto corde alienus a Polynice" Vet. Schol. Barth. p. 513.) Iratusque oneri insolito truculentior ardet („ad excutiendum Polynicen et pessumdandum" Schol. l. d.). Jnachidae credunt accensum laudibus. Jlle Aurigam fugit. aurigae furiale minatur Efferus et campo dominum circumspicit omni." 447. sq. 501. sqq. Ut vidit (anguicomam monstri effigiem, de qua vid. Bochart. I. Hieroz. ll. 8. p. 142, 47.) saliere jubae atque erectus in armos Stat —. ruit ilicet exul Aonius nexusque diu per terga volutus Exuit; abripitur longe moderamine liber Currus." 528.: Forsitan et victo prior isset Arione Cygnus, Sed vetat aequoreus vinci pater; hinc vice justa Gloria mansit equo, cessit victoria vati." Tristem autem dici iratum et affectuum stimulis concitassimum quemque comprobavimus in Epist. Crit. p. XII. et Obss. Critt. in Dion. Chrysost. p. 1205. Ephem. Darmst. 1842., ubi obtinuimus ab Horatio Carm. I. 16, 8.: non — Sic geminant Corybantes aera, Tristes ut Jrae" hoc dici: non ita Corybantio aere furor concitatur, quemadmodum saeviunt Jrae." Haec si considerasset Hertzbergius, fortasse futurum fuit, ut jam recordatus in mentione rerum, quae et philosophis et poetis materiam praebuerunt (Valckenar. Callimach. Eleg. p. 9. conf. v. 33.: rursus referas") — mirabilis enim et Acheloi Maeandrique cursus et „vocalis Arion tristis" —, nusquam de amore additum quidquam esse nisi in iis versibus, qui de Acheloo sunt, retractata, quam exposuit Quaestt. ll. 7. p. 196., sententia: quin illis versibus: Fluxerit ut — Atque etiam ut — Qualis et non modo quod constat, argumenta quaedam Callimachi enumerata, sed etiam capitum certorum initia ex Originibus latine expressa Propertius servaverit, nullus dubito," v. 33. 34. Callimachi versus laudari, v. 35. sqq. Antimachi Lyden et Thebaidem, ut carmina inflati poetae, carpi diceret (conf. Quaestt. p. 205. sq.) scribendumque censeret v. 35.: Anne etiam" (quemadmodum in Anth. Lat. ll. 176, 7.: Atque iterum" Barthius aliique, ut diximus in Subsic. IV. p. 727., anne corrigi maluerunt) aut Jamne, id quod Claudiano Epith. Pall. et Cel. 48.: Jamne tibi sordent citharae? jam lustra Lyaei, Jamne nemus cordi?" Heinsius p. 684. reddendum putavit, quum jamque invenisset in duobus Medd. et Pal. et uno Patav., atque in Ambros. Conf. Sil. Jtal. XI. 548. sqq.

Caput VII.

Sacrum (sanctum) idem, quod sacrarium, templum. Quid sit sacra ferre, orgia (secreta, templa) ferre; carmen tenuare (ducere, deducere, volvere, rotare, nere, ut lanas, colos, pensa).

Quae de Propertii Eleg. III. 1, 1.

Callimachi Manes et Coi sacra Philetae,
In vestrum, quaeso, me sinite ire nemus

quaestio est, ea a nobis Comm. de Valg. p. 255. sq. in eam partem deducta est, unde intelligeretur sacra dici sacrarium (Gloss. Labb. p. 162.: Sacrarium. ἡρῷον." Savar. in Sidon. Apollinar. Epist. IV. 8. p. 492. Rhenan. in Liv. XXVI. 30, 9. p. 365. Vol. VIII. Muncker. in Hygin. Poet. Astron. II. 39. p. 491. Oudendorp. in Apulej. Met. XI. 16. p. 1040. Hild. Vlit. in Calpurn. Ecl. I. 15. p. 546.). De qua vocis sacrum sententia nequaquam pervulgata ac trita, ut hanc ipsam insolentiam a Bernhardyo

Encycl. Philol. p. 92. significari suspicer, iis quae Valg. p. 256. exprompsimus, nunc adjicio Walch. Em. Liv. p. 103. sq. et Philoxeni Gloss. p. 92., quo loco uti potuerat Oudendorpius in Caes. Bell. Gall. I. 31, 1. p. 46.: ἱερόν. sacrum, templum" et Senecae Oedip. 822.: Ad sacra et aras omne compulsum pecus (ut Octav. 756.: Delubra et aras petere constitui sacras" et Agam. 392.: Delubra et aras — adoro et Stat. Theb. V. 644.: templa araeque. Valer. Max. I. 6, 13. Juvenc. Hist. Evang. I. p. 452. B.: sed cum forte adytis arisque inferret odores." Tertullian. ad Marc. III. p. 270. A.: aras et templa subegit") et Herc. Fur. 56.: Et sacra dirae Mortis in aperto jacent; — At ille rupto carcere umbrarum — triumphat," quae Virgilius Aen. XII. 199. et Claudianus Rapt. Pros. I. 265. vocant sacraria Ditis, et Hippol. 424.: Ipsum intuor solemne venerantem sacrum (ut Agam. 792.: veneremur aras et 394.: delubra adoro." Virg. Aen. III. 84.: templa-venerabar." Valer. Max. I. 6, 13.: tua sanctissima templa veneratus oro." Juvenc. Hist. Evang. I. p. 463. B.: venerans altaria donis"). Nolo jam disceptare de Med. 680.: triste laeva comprecans (vid. v. 740. sq.) sacrum manu," quem locum Gronovium p. 507. sequutus Badenius p. 455. in hanc interpretatur sententiam: qui deos precatur, etiam aram (sacrum conf. Lucan. VI. 132.) manibus apprehendit", et Troad. 53.: Superique testes sceleris et quondam sacrum Regni jacentis," quae verba a Gronovio in Calpurn. Decl. IV. p. 797. et aliis sic explicata: sacrum: sacrarium, ara, ad quam inaugurandi reges auspicabantur" video ab Erhardo in Petron. 89. p. 436. hac ratione immutari: quoddam sacrum mutataque comparari cum Petronii versibus: ab aris alius incendit faces contraque Troas invocat Trojae sacra," quos versus nequidquam sollicitavit Abreschius Animadv. in Aeschyl. I. p. 92. sq. Multo memorabilius dixerim id, quod Ovidius Epist. ex Pont. IV. 9, 106.: videt hospita tellus In nostra sacrum Caesaris esse domo" testatur imaginem Caesaris domi suae fuisse dedicatam in aedicula, quam sacrum Caesaris appellat. Sacrarium est Suetonio in Tib. cap. LI." — licuit enim verba transscribere optimi interpretis Heinsii in Petron. 29. p. 108. — conf. Inscript. Lat. 1656. p. 315. Vol. I. Orell.: Laribus sacrum dederunt." Et in Julii Adrasto ap. Fest. p. 202. lectum est hoc: prophetae sancta caste qui piant sacra, de quo infra in cap. X. videbimus. Deinde sanctum (arcanum infr. p. 45.) positum notavit ut pro simulacro ab Lampridio Heliog. 7. Salmasius p. 807. ita Orellius p. 277. pro sanctuario, templo ab Arnobio V. p. 159. cap. 6.: in ejus nefas est sanctum sese inferre pollutis" et p. 184. cap. 39., ut dicemus (ad pag. 167.) infra in eo capite, quo Arnobii librum V. percensebimus. Quod magnae Matris sanctum idem Arnobius p. 167. cap. 16. sanctuarium, Trebellius ap. Turneb. Advers. XXX. 21. p. 1111, 7. dicit sacrarium. Denique strictim attingo Senecae versum Troad. 483.: Est tumulus ingens conjugis cari sacer," in quo Gronovius quidem p. 413. dubitat an scriptum fuerit: conjugis cari sacrum et Phaedr. IV. 10, 13.: Nec de lucerna fas est accendi sacrum," ubi accendi sacrum idem esse, quod in aliis locis accendi aras Burmannus p. 190. sibi persuasit memor, ut ego arbitror, cum eorum, quae in Quintilian. I. 4. p. 39. commentatus ipse fuerat, tum Servii in Virg. Aen. XII. 200. p. 68. (Scheffer. in Phaedr. p. 267.): ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebant altaria." Idemque Burmannus in Ovid. Fast. IV. 749.: sacro pavi p. 290. haec adscripsit: sacrum, ut hosticum, Geticum et similia" immemor Rhenani in Liv. l. d. et Gloss. Labb. p. 163.: sacrus. θεῖος τόπος." conf. Inscript. Lat. 961. p. 220. Vol. I.: sacri deae diae," ubi docti addunt luci. Ovid. Met. XII. 14. cod. Medic.: platanum, coeptis quae stabat proxima templis," ubi reliqui codices recte sacris. Apulej. de Mund. p. 289.: penetralia Coryci et Olympi sacra," (quae qui meliora fecisse hac mutatione sibi visus est Bosscha: aeria, non recordatus mihi videtur esse Met. III. p. 224.: secreta numina. Pal. sacra et VI. p. 385.: tacita secreta cistarum. Reg. sacra).

Ergo liquet sacrarium dici sacrum. Sacra quidem Propertius sic posuit, ut Statius in eo loco, quem infra afferemus, tumulos Maronis; quae res dubito an fraudi fuerit grammatico ei, qui in iis nominibus, quae latine feminino genere efferuntur, graece neutro, p. 202. Labb. numeravit: sacra

ἱερόν." Sed explanandum est, cur sacrarium quoddam Philetae a Propertio dici existimem. Videmur enim hac ratione eam consequi sententiarum convenientiam, quam vehementer desideramus in interpretatione ab Hertzbergio Quaestt. II. 6, 28. p. 150. et Comm. p. 245. his proposita: Philetae sacra Propertium invocare, quo sacrificantem vel sacerdotem Philetam significet ut sacra Maronis Martial. VII. 63, 5. [conf. Marull. de Princip. Instit. p. 153. ed. Spir.: aviaque ausis Pande novum nemus et nulli sacra nota priorum"], nemo mirabitur, qui meminerit quantum ab eo illi metonymiae generi datum sit, quo Arionis lyra pro ipso Arione citharista, Bruti secures pro Bruto consule, Caesaris arma pro Caesare belligero dicta sunt. Neve quod hic mutatum (sacra Philetae) juxta proprium (Callimachi Manes) positum est, offendaris: sic Eleg. II. 6, 23.: Felix Admeti conjux et lectus Ulixis." Quasi vero non sint multum inter se disparia atque dissimilia primum conjux lectusque atque manes et sacerdotium, deinde lyra, secures, arma ac sacra sive sacerdotium — requiritur enim ara (Prop. IV. 6, 2.) aut aliquid tale —; quasi commode recteque animo informetur simul et defuncti Callimachi anima nemus illud circumvolitans et vivus Philetas Musarum sacris in eodem nemore operatus. Contra quam egregie inter se congruant et cohaereant poetarum idem nemus possidentium manes et sacraria, declarant ii loci, quibus „hanc fuisse veterum persuasionem, ut defunctorum manes apud sepulcra oberrare [Buenemann. in Lactant. II. 2, 6. p. 168. Wyttenbach. in Plat. Phaed. p. 209. sq.] crederent, sepulcris autem et lucos ideo adjectos esse, ut in illis divorum Manium tuta et tranquilla sedes foret [Casaub. in Sueton. Aug. 100. p. 327. Burmann. in Prop. p. 481.] et aras [Fabrett. in Inscriptt. p. 107. Burmann. in Anth. Lat. IV. 337. p. 247.] ac templa superstrui solita fuisse" docuit Goensius de Cepotaph. VI. 9. p. 184. IV. 5. 6. p. 61. sqq. II. 3. p. 36. sq. III. 2. p. 42. Conf. Auson. Prof. XIV. 12. p. 174.: Majorum manes et monumenta foves." Sil. Jtal. I. 81.: sacrum genitricis Elisae Manibus, — Quod taxi circum et piceae squalentibus umbris Abdiderant —, templum." Claudian. Rapt. Pros. I. 265.: pingit sacraria Ditis Fatalesque sibi Manes." Coripp. Laud. Justin. III. 60.: sacrato — sepulcro." Quid autem Propertius Callimachi Philetaeque vestigia se sequi professus aptius convenientiusque fingere potuit, quam se illorum poetarum monumentis tamquam templis assidentem sumere cantandi animum et modum? Quae res quo dilucidior cernatur, afferre licet exemplum et Silii Jtalici, quem Neapoli Virgilii monumentum ut templum adire consuevisse scribunt Plinius ac Martialis et Jovianus vid. Cerd. Virg. Elog. c. VII. [p. XL.], et Statii Silv. IV. 4, 52. hoc prae se ferentis: pollice chordas Pulso Maroneique sedens in margine templi Sumo animum et magni tumulis accanto magistri." Jtaque Callimachi Philetaeque imitator Propertius sic fere ait apud monumenta clarissimorum magistrorum sive aras (Barth. in Stat. Silv. I. 2, 258. p. 92.) nata sua carmina esse, quemadmodum Passennii tersos jucundissimosque elegos plane in Propertii domo scriptos Plinius Epist. IX. 22, 2. Etiam hoc succurrit, ut ab Columella I. Praef. 30. p. 34. verba mutuatus dicam hoc Propertium precari atque orare, ut Latinam Umbri poetae Musam Callimachus et Philetas jam adytis suis recipiant" conf. Eumen. pro inst. schol. 6, 2. p. 192.: vocem, — ab arcanis sacrorum penetralium ad privata Musarum adyta transtulerit." Quintilian. I. 4. p. 39.: interiora velut sacri hujus adeuntibus." Scalig. in Catal. p. 107. Barth. in Stat. Theb. II. 719. p. 643. sq. conf. Valg. p. 255. sq. Quae autem ratio subsit cogitationi, qua Callimachi Manes et Philetae sacrarium informavit Propertius, colligitur ex epigrammate Juliani Aegypt. LXIII. Anth. Gr. III. p. 200.: *Μνῆμα σὸν, ὦ Θεόδωρε, πανατρεκὲς οὐκ ἐπὶ τύμβῳ, Ἀλλ' ἐν βιβλιακῶν μυριάσι σελίδων* et ex iis Klopstockii versibus, quibus Carmina quernis coronis redimita (conf. Jacobs. Del. Epigr. IV. 66, 1. p. 106.) tamquam Manes ex inferis a se evocari dicit. Ceterum veri aliquam suspicionem Hertzbergii animum tetigisse arguere videntur verba p. 245. adjecta haec: poematum delubra in umbrosis lucis potissimum posita cogitantur (v. 2. vestrum nemus). — Ex hoc autem nemore, quod in vita frequentaverant, ne mortuos quidem recedentes

illos Elegiae duumviros Propertius facit Manesque etiam Callimachi orat, ut sibi introitum permittant.“ Quem quidem miror (conf. Comm. in eleg. IV. 1, 61. p. 404.) non inisse hanc interpretandi viam, ut sacra diceret intelligi sacra Philetae carmina, Cererem et Mercurium, aut scriberet: scena, ut scena Catulli Martial. V. 30, 3. conf. Heins. Exerc. Sacr. c. 31. p. 539. Prop. IV. 6, 3. aut, quae est litterarum mutatio facillima (Cort. in Lucan. VI. 281. p. 470. et VII. 170. p. 167. sq. et I. 197. p. 62. conf. supr. p. 42. extr.), Coi et secreta Philetae, de qua voce infra pauca dicentur. Quod restat, quantopere Dousa cum de hoc loco tum de eleg. I. 1, 20. erraverit, singulari quaestione infra cap. X. exsequemur.

Nec de versibus 3. 4.

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Jtala per Grajos orgia ferre choros

perfecte aut recte docti viri explicarunt. Sed ne multos circum unam rem eamque evidentem faciam ambitus, unius Hertzbergii sententiam libet in medium afferre Quaestt. II. 6, 10. p. 122. et Comm. p. 245. sq.: Ingredior (nemus) — ferre. — Verborum autem nexus sic solvendus: Grajos choros ferre per orgia Jtala; hoc enim ait Graeca carmina Romanos docere se velle. — Ne vero ferre choros pro ducere choros dictum non latinum credas: κατὰ σύνεσιν facta est structura; choros enim quum ait, carmina significat.“ Qui primum parum memor versus 2.: in vestrum me sinite ire nemus“ et versus 5.: Dicite, quo — in antro Quove pede ingressi,“ idem, quod olim Domitius in Stat. Silv. II. 7. p. 280. A. et Ursinus Virg. Jll. p. 54., praecepit immerito neglecta auctoritate Heinsii in Vellej. II. 119, 4. p. 575. sq. et Burmanni in Virg. Georg. II. 175. p. 307. Heyniique p. 483. conf. Burmann. in Prop. p. 481. sq. et Joannis Secundi Eleg. Solenn. II. p. 274.: Primus ego ingredior nullo de more sacerdos Annua nequitiae ponere sacra meae.“ Deinde in sententia versus 4. enucleanda versatus et „praepositionis transpositae insolentiae“ orationique adeo perplexae, ut intolerabilis sit ejus ambiguitas, pepercit et parum reputavit Propertium Romanae elegiae auctorem eundemque Alexandrinorum poetarum imitatorem non minus recte dici Jtala orgia ferre per Grajos choros, quam Virgilium Theocriti imitatorem: Romuleum carmen Sicula avena fingere,“ ut est in Euphorbi carmine Anth. Lat. II. 197. p. 398. sive Romanam Thaliam primam Syracosio versu lusisse, ut est in Virg. Ecl. VI. 1. conf. Claudian. Epist. ad Probin. 14.: Et Latiae accessit Graja Thalia togae,“ atque in ipsa illa Jtalorum orgiorum mentione vim sermonis esse et vehementem aliquem sensum consistere, quoniam hoc declaratur: Jtalos amores more modoque Graecorum poetarum, Callimachi Philetaeque, cantari jam coeptos esse, id quod vel Forcellinus Lex. Lat. III. p. 261. videtur assequutus esse recordatione, nisi conjectura me fallit, eorum ductus, quae de Veneris orgiis scripserat Passeratius p. 405. 466. add. Achill. Stat. in Catull. 65. p. 244. D'Orvill. in Charit. p. 444. Schrad. in Mus. v. 145. p. 48. sq. Peerlkamp. in Xenoph. Ephes. p. 151. Lobeck. Aglaoph. p. 651. Denique de dicendi genere, quod in hoc loco cernitur, accuratius quaerere supersedit Hertzbergius. Quemadmodum enim eos locos neglexit, in quibus id ipsum extat, quod tanto opere commendat: choros ferre vid. Burmann. in Valer. Flacc. V. 240. p. 438., ita non attulit videri hanc elegiam Statii memoriae adeo infixam fuisse, is ut non modo ex versu 5. sumeret illud tenuare carmen., ut infra dicemus, verum etiam hoc: orgia ferre transferret in Theb. IV. 653.: ibi armiferos — Orgia ferre Getas“ et Achill. II. 138.: quid si Bacchea ferentes Orgia Palladias aut circum videris aras“ (conf. Heins. in Claudian. Sec. Cons. Stil. 169. p. 549.), in quo eodem carmine I. 355.: Haec calathos et sacra ferat“ et II. 276.: tu pensa manu Baccheaque mecum Sacra — tulisti“ invenitur id, quod altero illo aliquanto freqnentius est: sacra ferre. Quod sacerdotum proprium esse qui demonstrarunt Valesius in Ammian. Marcell. XXII. 14, 3. p. 491. (quem testem adhibere debuit Heindorfius in Hor. Sat. I. 3, 11. p. 60., ut omittam Heynium l. d. Vossiumque in Virg. Georg. p. 437.) et Cerda in Virg. Georg. II.

476. p. 363. C. E. et Achilles Statius in Catull. 64. p. 244., ii non adjecerunt in duas hoc loquendi genus spectare partes, ut sacra ferre et ii dicantur, qui dona aris deorum imponunt (Broukhus. in Tibull. IV. 1, 8. p. 351. Cannegiet. in Avian. Fab. XXXIX. 6. p. 214.) et ii, qui rei divinae apparatum (Hygin. Fab. CIV. p. 194.: jussit signum et sacra — comburi“ id est „sacram supellectilem“ Scheffer. p. 590. Hemsterhus. in Prop. I. 1, 20. p. 922.) deducunt (ut tensas deducere Oudendorp. in Sueton. Aug. 43. p. 238. sq.) sive ducunt (Popm. in Varron. de L. L. V. p. 135. sq.) vel portant (Fest. p. 14.: arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur.“ Ciofan. in Ovid. Met. II. 711. p. 152. Oudendorp. in Apulej. Met. VIII. p. 581.). Vid. Manil. I. 4.: Sidera — deducere mundo Aggredior primusque novis Helicona movere Cantibus — Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.“ Sil. Jtal. III. 619.: huic sua Musae Sacra ferent,“ ab cujus versus sententia differt Germanic. Arat. Phaen. 3.: tibi sacra fero.“ Virg. Aen. IX. 86.: Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant.“ Ovid. Epist. ex Pont. I. 1, 45.: pro sistro Phrygiique foramine buxi Gentis Juleae nomina sancta fero. Vaticinor moneoque: locum date sacra ferenti: Non mihi, sed magno poscitur ille deo.“ Senec. Oedip. 431.: Condita lascivi deducunt orgia mystae,“ cum quo loco et Avieni versus Descr. Orb. 1376. comparandus est: stata sollicito deducunt orgia ritu“ (conf. 757.: stata curant festa Lyaeo“) et maxime congruit locus, quem brevius attigit Petavius in Themist. Or. V. p. 409. sq., Herc. Oet. 594., ubi ipsum extat illud, quod apud Propertium Statiumque legitur: Nos Cadmeis orgia ferre Tecum solitae condita cistis (Ovid. Art. Am. II. 609.: Condita si non sunt Veneris mysteria cistis“). Conf. Claudian. in Eutrop. I. 279.: Cymbala ferre licet,“ quae verba explicavit Dempsterus Paralip. Antiq. p. 227. conf. Ritterhus. in Oppian. Cyn. IV. 242. p. 141. sacra sive ancilia ferre Juvenal. II. 125. et Valer. Maxim. I. 1, 9. gestare tympana Stat. Achill. I. 654. sacra gerere Valer. Maxim. l. d. conf. Merobaud. Carm. I. 19.: suboles, quae vix modo missa sub auras Mystica jam tenero pectore sacra gerit.“ Adjicio etiam Sil. Jtal. III. 566.: Assaracique larem et Vestae secreta feramus conf. Grang. in Juvenal. II. 125. p. 45. Valer. Maxim. I. 1, 13.: secreta civilium sacrorum.“ Lucan. I. 197.: Phrygiique penates — et rapti secreta Quirini. et V. 222. I. 64.: Cirrhaea — secreta moventem — deum.“ Anthol. Lat. I. 80. p. 59. sq.: Fortunae simulacra colens et Apollinis aras Arcanumque Vii,“ quibus verbis non omnino dissimilia haberi possunt verba Martialis VII. 63, 5.: sacra — attigit — Maronis“ et Stat. Silv. V. 3, 158.: pandere — Carmina Battiadae — Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinnae“ et illud, quod supra p. 44. ponere subiit: secreta Philetae.“ Nec omitto Manil. IV. 68.: Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat,“ ubi templa vocari sacra volunt, qui sunt Jacobo p. 223. („templa pro dei potestate ei erepta“) circumspectiores conf. Scalig. p. 277.: templa *ἑλληνικῶς*. Nam *τὰ ἱερὰ* tam res sacrae, ut Palladium, quam templa dicuntur.“ Nimirum sacra fuerunt templorum et caussae et augustissima decora conf. Liv. V. 52, 13. Sed oportuerat adhiberi Sil. Jtal. I. 668.: Sacra domumque ferens et avi penetralia Turni“ conf. Liv. V. 53, 8.: habitare est satius inter sacra penatesque.“ Broukhus. in Tibull. II. 5, 40. p. 259.

Quae quum ita sint pro inquisito ac comperto videmur jam exposuisse id, quod breviter significarunt Cerda in Virg. Aen. VII. 403. p. 71. A. et Barthius in Stat. Theb. IV. 783. p. 1269.: orgia Papinius pro instrumentis sacrorum posuit,“ reliqui adeo non assequuti sunt, ut Hertzbergius in Prop. p. 244. vel sacra „fortasse vasa et apparatum sacrum cultui destinatum intelligi posse“ scriberet. Quam rem pluribus in cap. VIII. comprobabimus. Ergo se Jtala orgia Propertius profitetur ferre per Grajos choros (quod memoriam affert loci Aristoph. Ran. 354.: *Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ὑμετέροισι χοροῖσιν, Ὅστις — γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ᾽ εἶδεν μήτ᾽ ἐχόρευσεν)* sive abuti licet verbis Manilii l. d.: Jtala sacra ferre Grajos inchoantem cantus vel Sidonii Apollinaris Carm. XI. 120.: Jtala orgia Grajo thyrso rotare (ut orgia movere Columell. X.

217. Gronov. Obss. I. 15. p. 99. sq. Burmann. in Valer. Flacc. III. 230. p. 264. Lobeck. de Mort. Bacchi II. p. 3. not. 4. Weichert. Cinn. p. 196.) id est, ut puro pressoque sermone rem declarem, Latina carmina pangere per Graecorum artem (sive „per spiritum Grajae Camenae" Hor. Carm. II. 16, 38., quem et aliis et Tibullo datum fuisse negant, sive „Romana sacra aptare Grajis modis" Jo. Secund. Eleg. III. 7. p. 308. ed. Spir.). Ut Ovid. Am. III. 13, 3.: Junoni festa parabant Per celebres ludos." Hor. Carm. IV. 9, 3.: non ante vulgatas per artes verba loquor socianda chordis" conf. Burmann. in Valer. Flacc. I. 767. p. 132. et Misc. Obss. Vol. II. P. I. p. 109. sq. et Grat. Cyneg. 151. p. 120.; nam eorum, quae idem Burmannus Ovid. Trist. III. 3, 64. p. 560. adscripsit, non magis hic habendam rationem puto, quam Statii Silv. II. 7, 22. Sed non fraudandus sua laude est Broukhusius, quem in Carminibus suis p. 75. hoc praeclare scripsisse invenio: Incipe et ad faciles orgia ferre choros."

Nec de versu 5.:

Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro

recte sentit Hertzbergius. Postquam enim ita censuit Volscus: tenuastis: tenui dicendi stilo perfecistis. Est elegia in extenuato dicendi charactere" Beroaldusque: tenuandi verbum significat attenuatum et gracile carmen concinnastis. Allusio est ad stilum tenuem et exilem characterem," cui sententiae subscripserunt Passeratius et Broukhusius (qui in Carminibus suis p. 75. posuit: Coo versum tenuare sub antro Incipe") Burmannusque, et qui reliquis cautior fuit, F. G. Barthius p. 187.: tenuare est illud tenue efficere. — Elegia in tenui genere versatur maxime" ac Bachius Eleg. Lat. Eclog. p. 181., similiterque Floridus Sabinus Lectt. Subsic. I. 15. p. 1073: Horatius maxime proprie elegos exiguos appellavit, cum praecipua eorum virtus ea sit, ut admodum leves tenuesque reddantur; idcirco et Propertius: carmen tenuastis" idemque fere sequuti sunt, qui attigerunt Propertii versum, non explanarunt, Cuperus Obss. I. 5. p. 32. Burmannus in Ovid. Am. I. 14, 7. p. 387. Marklandus in Stat. Silv. IV. 7, 11. p. 335. Orellius in Hor. Carm. II. 16, 38. p. 247.: tenuastis id est tenue carmen perfecistis" [nimirum ita quidam dicunt φόνον αἱμάσσειν esse caedem cruentam perpetrare]; Wernsdorfius autem in Nemesian. Laud. Herc. 20. Poett. Lat. Min. I. p. 284. sq. hoc posuit: carmen luctare i. e. luctas fortiore et Herculi apto carmine decanta, sicut carmen tenuare apud Virg. [Virgilium enim ille pro Propertio nominat] est res tenues modis exilibus canere" — post hos igitur Hertzbergius sic argumentatus est: Tenuare, quod post Beroaldum per tenue carmen condere omnes interpretes explicuerunt, nulla id umquam analogia evincent. Nam tenuare ubique erit tenue reddere. Nihil igitur aliud est, quam quod v. 8. tenui pumice exigere i. e. polire et levigare [vid. Culic. v. 10.: graviore sono tibi Musa loquetur Nostra —, Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu"]. — Recte igitur Bachius [ante Bachium autem multi, ut Cuperus, Burmannus ll. dd. et quos infra memorabimus] comparat Hor. Epist. II. 1, 225.: tenui deducta poemata filo, modo ne aliam illic atque hic subesse metaphoram obliviscaris." Nova haec interpretatio ac nullis stabilita documentis; nam „tenuare est tenuem et exilem reddere. Gloss. Servii: tenuo. λεπτύνω. Cyrilli: λεπτύνω. tenuo, macero, minuo, extenuo" Barth. in Stat. Theb. V. 515. p. 250., unde legimus tenuari aerem Cic. de Nat. Deor. II. 39. Senec. Nat. Quaest. V. 3. Stat. Theb. I. 338. Paulin. ad Nicet. p. 852. B. corpus Buenemann. in Lactant. de Mort. Persec. 33, 3. p. 1450. Cassiodor. Var. XII. 3. p. 176.: alter cibis reficitur, alter per abstinentiae beneficia tenuatur." vocem Quintilian. XI. 3. p. 1016. aciem tenuatam gracilis et erectae modulationis" Martian. Capell. IX. 932. p. 728. Nec nova modo illa interpretatio, verum aliena Propertii instituto quam quae maxime. Quod quo apertius diluceat, disserenda sunt aliqua de illa latinorum poetarum consuetudine verba a lanificio in poesin transferendi. Invaluit autem maxime is usus, ut quemadmodum primum lana, quae in fila extenditur, sive lanae, lanae vellera, deinde, quae a colu trahuntur, fila (stamina, subtemina), tum

ipsum opus et pensum duci, deduci proprie dicebantur a Seneca Hipp. 324. (fila deducit) et Silio Jtal. III. 96. IV. 28. et iis, quos testes dederunt Cerda in Virg. Georg. IV. 235. p. 530. A. et Ecl. VI. 5. p. 111. not. 9. Ciofanus in Ovid. Met. IV. 34. et 36. p. 240. et 221. p. 257. Barthius in Stat. Theb. VIII. 119. p. 810. Salmasius in Simm. Rhod. Ov. p. 238. Grangraeus in Juvenal. XII. 65. et 66. p. 327. Broukhusius in Prop. IV. 3, 34. p. 347. sq. Burmannus in Petron. CXXXIII. p. 635. et Valer. Flacc. I. 429. p. 87. et Ovid. Am. I. 14, 7. p. 387. a. Cortius in Lucan. VI. 704. p. 121. Drakenborchius in Liv. V. 38, 1. p. 310. T. III. P. I. Burmannus in Anth. Lat. II. 119, 77. p. 269. et VI. 87. 46. p. 635. (a quo praetermissum miror Graecorum illud, quod attulit Cerda l. d., *κατάγειν* Plat. Soph. p. 226. B. Pherecrat. Bekk. Anecd. p. 404, 26. *ταχὺ τῶν ἐρίων — κατάγωμεν.* Epigen. ap. Polluc. VII. 30. p. 706. sq. Valcken. in Ammon. II. 9. p. 117. sq. Ruhnk. in Tim. p. 153.), ita carmen, cantus, poemata, versus duci (reduci), deduci dicerentur ut apud Valerium Max. III. 7. ext. 1.: triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere." Alcim. Avit. ad Soror. I. p. 425. A.: Pieriae ducent haec cantica Musae." Tertullian. de Jud. Dom. p. 286. B.: Talia compositis deducam carmina Musis." conf. Jo. Secund. Eleg. I. 2. p. 255.: elegos lento deducere versu." Lotich. IV. 2, 37. p. 250.: leve — elegis deducere carmen;" hos enim locos adjungere libet iis, qui sunt apud Scaligerum Poet. IV. 20. et Casaubonum in Pers. V. 5. [p. 152.], quos citat auctores Rupertius in Juvenal. VII. 54. p. 409., et Salmasium l. d. p. 239. (qui quem Manilii III. 3. versum affert sic emendatum: indignos in carmine ducere cantus," eum versum sic nos restituimus Valg. p. 388. sq.: indigenas in carmen ducere census). Barth. in Nemesian. Cyneg. 22. p. 335. et Calpurn. Ecl. IV. 80. p. 634. et Advers. I. 2. p. 5. Cuper. Obss. I. 5. p. 32. (nisi quod is ab textoria arte eas voces petitas esse opinatur conf. Hertzberg. l. infra cit.) Broukhus. in Tibull. II. 1, 54. p. 219. cll. Santen. in Terentian. 1644. p. 226. sq. (quamquam Broukhusius in eo errat, quod ducere carmen, quod „carmen scribere qualecunque sit, etiam heroicum" recte interpretantur Erythraeus Ind. Virg. v. deductum Vorstiusque in Valer. Maxim. l. d. p. 172., ait „esse gravioris operae nec facile reperiri nisi in negotio carminis heroici," quem errorem breviter perstrinxit Burmannus in Nemesian. Ecl. I. 63. p. 474. sq.) et quibus testibus utitur Burmannus in Prop. I. 7, 1. p. 70. et IV. 3, 34. p. 755., Markland. in Stat. Silv. V. 3, 92. p. 383. et Burmann. in Ovid. Am. I. 14, 7. p. 387. add. id. in Trist. V. 12, 63. p. 692. et. in Petron. XVIII. p. 63. Drakenborch. in Liv. l. d. p. 310. sq. Quem usum qui paucis complexus est Hertzbergius in Prop. I. 16, 41. p. 62.. reliqua fecit ea (conf. in eleg. II. 33, 38. p. 224.), quae explebimus alio loco. Alterum illius consuetudinis documentum afferre licet hoc, quod et volvere, devolvere lanas, opus, pensa, revolvere fila, stamina extat (Cerd. in Virg. Georg. l. d. p. 530. B. Heins. et Burmann. in Ovid. Met. II. 654. p. 145. Wakefield. in Soph. Trach. 656. p. 152. exempl. Lond. conf. Schneider. Scriptt. Rei. Rust. p. 370. sq. T. IV. P. II. Broukhus. in Prop. I. 7, 16. p. 27. Hertzberg. p. 26. et IV. 7, 51. p. 473. sq. add. Martial. IV. 73, 3.: volventes pensa sorores." Sidon. Apollinar. Carm. V. 314. p. 53.: imperium — aurea Volvebant bona fata colu" et VII. 603. p. 113.: volubilibus — pensis" conf. Claudian. Eutrop. I. 276.: dominae pensis involvere lanam." Senec. Herc. Fur. 183.: fila revolvent." et Oedip. 986. et Sil. Jtal. II. 181.) et carmina volvere Hertzberg. l. d., qui quidem et in Statii versu Silv. V. 3, 182. explicando erravit vid. Domit. p. 562. B. et ea praeteriit, quae scienter composuit Cerda in Virg. Georg. IV. 509. p. 556. C. conf. Burmann. in Valer. Flacc. III. 408. p. 283. Senec. Oed. 561.: carmenque magicum volvit." Accedit, quod dixerunt Prudentius c. Symmach. II. p. 240. A. et Peristeph. p. 130. B. atque Hieronymus Epist. CVII. et Fulgentius II. 5. p. 672. sq. rotare fusum, Josephus Iscanus VI. 612. pensa (*δινεύειν νῆμα* Antip. Sid. Epigr. LXX. 6. p. 25. Anth. Graec. T. II.) conf. Senec. Thyest. 618., Sidonius Apollinaris autem Epist. IX. 16. p. 613.: elegos rotavi" et Prudentius p. 256. B.: rotatiles trochaeos, quem locum attigit Santenius in Terentian. 1384. p. 69. Deinde consimilia sunt

nere fila Senec. Hipp. 662. Claudian. Eutrop. II. 461. colos Sen. Herc. Oet. 669. stamina, opus Heins. in Claudian. Eutrop. I. 274. p. 401. et Ovid. Jb. 76. p. 30. sq. Broukhus. in Tibull. I. 8, 1. p. 143. Hertzberg. in Prop. I. 7, 16. p. 26. et, quod Hertzbergius p. 62. non attendit, nere carmina Auson. Mosell. 396.: Mollia subtili nebunt mihi carmina filo Pierides“ conf. Heins. Ovid. l. d. Antip. Epigr. LXX. 8. p. 25. Anth. Gr. T. II. *ἀοιδᾷ Ἄφθιτα νησαμένᾳ δῶρ' Ἑλικωνιάσι*, quod probavit Rupertius Comm. in Class. Rom. Scriptt. Vol. I. P. I. p. 226., alteri *μησαμένᾳ* posthabuit Jacobsius Del. Epigr. IV. 29. p. 91. Nec omitto nectere stamina Senec. Herc. Oet. 1098. et nectere carmina Stat. Silv. II. 2, 115. Denique, ut semel finiam, sic Propertius et, ut supra significavi p. 44., Statius Silv. IV. 7, 9. dixerunt tenuare carmen, quemadmodum *ἀπισχναίνειν ἔριον* Pollux VII. 32. p. 709.: *ἄτρακτον ἐπιστρέφειν, ἔριον ἕλκειν, τείνειν, μηρύεσθαι, ἀπισχναίνειν* et idem Statius tenuare lanas in Achill. I. 581.: tenuare rudes attrito pollice lanas,“ quod vetus Scholiasta Barthii p. 1695. his explicat: deducere de colo lanam rudem et in fila tenuia formare“ conf. Serv. in Virg. Ecl. VI. 5. p. 132.: translatio a lana, quae deducitur in tenuitatem,“ conf. v. 635.: tenuare colos,“ quod quum nihil differre ab altero illo: tenuare lanas possis efficere comparatione eorum locorum, in quibus legi nere colos modo diximus, Scholiasta vetus p. 1701.: colis fata (scrib. fila. vid. Heins. in Ovid. Her. XII. 3. p. 156.) deducere“ maluit in eam sententiam interpretari, in qua posuit Sidonius Apollinaris Carm. XXII. 197. p. 177. vacuasse colus et Ovidius Fast. III. 818. exonerare colos. Quoniam autem Rupertius in Juvenal. VII. 224. p. 466. lanam deducere idem ait esse, quod attenuare: ne quem fallat ea observatio, quam Hertzbergius quidem utique debuerat suae disputationi praetexere: duo adjicienda videntur esse: et deduci (Varr. de Ling. Lat. VI. p. 92.) et ferreo quidem dente deduci sive per tenues ferri rimas produci (Claudian. Eutrop. II. 385., ubi Vatic. 3. et Mor. 1. deduci) vel trahi lanam tum, quum purgetur sive carminetur (Scalig. in Tibull. I. 6. p. 251. Salmas. Exerc. Plin. p. 282. sq. Schneider. l. d. p. 362. 363. conf. Ruhnk. l. d.) et limpida fiat (Reines. Var. Lectt. III. 11. p. 526.) et de colo vellera ita deduci solita fuisse, ut nentes opus aequarent decerpentes tum morsu tum digitis (attrito pollice Savar. in Sidon. Apollinar. Epist. IX. 13. p. 599.) aut putantes (licet enim huc revocare Tibulli locum I. 6, 80.) ea, quae in tenui filo extarent Catull. LXIV. 316. sq. Scalig. l. d. et in Albinovani, quem vocant, Eleg. I. p. 5. Meib. sive Anth. Lat. I. p. 268. Seber. in Poll. VII. 30. p. 707. not. 56. Schneider. l. d. p. 364. a. 363. a. b. conf. Huschk. in Tib. p. 183. Quae quum ita sint, quum lanam tenuari constet eam, quae in filorum aequabilem deducatur tenuitatem, intelligi necesse est cantum vel carmen tenuari id, quod in tenues (et molles Reines. l. d.) versus deducatur et quasi arctius constringatur; licet enim recolere hic Statii verba Theb. V. 515.: vastas tenuat complexibus ornos,“ quae Barthius p. 250. poterat illustrare comparatione Claudiani VI. Cons. Hon. 526.: angustat iaspide pectus“ conf. Mariang. Accurs. in Auson. Protr. ad Fil. p. 307. sq. et Theb. IV. 827. et Martial. I. 2, 3. Jam porro nitenti remque urgenti ultro illud succurrit heroicum versum appellari longum Santen. in Terentian. 1647. p. 236. sq. 1797. p. 311. fortem pedem Markland. in Stat. Silv. I. 2, 250. p. 183. Huschk. in Tib. p. 677. sq. durum Valg. p. 233. conf. Burmann. in Sulpic. Sat. 7. p. 415., ut ipsum carmen (Santen. l. d. 1644. p. 227. Valg. p. 299.), epos forte, grande, grave, validum Markl. l. d. Santen. p. 237. Unde emergit tenues fieri versus, si quis subsistens intra „minorem verborum orbem sive ambitum“ (Santen. p. 311.) *ἰσχναίνων καὶ τὸ βάρος ἀφαιρῶν*, ut utar Aristophanis verbis Ran. 939., brevioribus utitur modis et tamquam Calliopes robori ac proceritati praeferat jam Thaliae et Polyhymniae exilitatem. Declarat rem Statius Silv. V. 3, 99.: Et quis lasciva vires tenuare Thalia Dulce vel heroos gressu truncare tenores.“ Qui primum eos dicit, qui sive epigrammata sive idyllia seu poemata scribunt (Plin. Epist. IV. 14, 9.) scribendoque varii carminis eclogas (Sidon. Apollinar. Epist. IX. 13. Carm. 1. p. 596. Stat.

Silv. I. 2, 248. Valg. p. 5. 333.), quae omnino omnes „exigua fide concinuntur et tenui libamine Musae peraguntur“ Auson. Mosell. 443. Juret. in Symmach. Epist. I. 1. p. 8., robur heroici carminis temperant (id quod neque Domitius p. 553. A. perspexit nec Gevartius p. 554. B.), deinde iis scriptoribus intendit orationem, qui elegis usi, epici versus majestatem et robur demto gressu imminuunt ac debilitant“ Santen. l. d. p. 310., utriusque autem generis commemoratione complectitur omnes, quicunque non gravi, sed tenero metro carmen promunt“ Sidon. Apollinar. Epist. IX. 16. p. 613. Et elegi quidem „comparatione longioris heroici proprie appellantur exigui, leves, breves modi sive versus“ Santen. l. d. p. 311., in quibus proferendis „minore spiritus intentione (angusto pectore, parvo sono) opus est“ id. p. 316. sq. atque ipsa elegia exiguum carmen et quia exigui versus non forti materiae (Ovid. Am. III. 1, 42.) conveniunt, sed tenui et exili argumento, Musae levis, gracilis, tenuis, humilis opus“ id. p. 318. Nec elegorum modo scriptores, sed etiam eos, qui poemata scribunt et lyricae poesis sive leve seu grande genus tractant, tenuare carmina luculento exemplo docet idem Statius Silv. IV. 7, 1.: Jam diu lato spatiata campo Fortis heroos Erato labores Differ atque ingens opus in minores contrahe gyros Tuque regnator lyricae cohortis Da novi paulum mihi jura plectri, Si tuas cantu Latio sacravi, Pindare, Thebas. Maximo carmen tenuare tento (id est: nunc heroos tenores truncare tento“): Nunc ab intonsa capienda myrto Serta (conf. Valg. p. 42. 364.); nunc major sitis et bibendus Castior amnis,“ quibus versibus poeta epico carmine paullisper seposito se ad lyricum carmen Maximi honori dedicandum accedere fatetur, id quod nec Marklandus cepit p. 335. commentus hoc scribendi genus: nec major sitis“ (quod probat Hertzbergius p. 248.) nec Hertzbergius, cum ait p. 247.: tenuare i. e. levigare Stat. Silv. IV. 7, 9., ubi de lyrico carmine nequaquam tenuis argumenti sermo est,“ quo aliquanto circumspectius Orellius in Hor. Carm. II. 16, 38. p. 247.: tenuem spiritum: de tota Graecorum poesi lyrica loquitur.“ De qua re quo minus dubitetur: nequaquam invidiose eos loqui, qui a lyricis poetis et elegorum scriptoribus carmina tenuari (vel heroos tenores truncari) dicunt, manifestum est vel ex illo Statii loco, qui Philetae Callimachique laudes habet, (vid. supr. p. 29. c. V.) Silv. I. 2, 247.: eat enthea vittis Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti Quisque lyra; sed praecipue qui nobile gressu Extremo fraudatis epos (opus Falconer. p. 534. Syll. Epist. T. V. et alii nequidquam), date carmina festis Digna toris.“ Jtaque hoc liquido compertum est Propertium sic loquutum: pariter carmen tenuastis hoc dicere: Philetam et Callimachum non jam robusto aut soloci ac crasso (si in epicum carmen mutuari licet verba, de quibus conf. Casaub. in Pers. p. 152. et Heins. in Ovid. Fast. IV. 659. p. 282.) filo cantum deducere, sed tubam ad angustam avenam transtulisse, ut ait Martialis VIII. 3, 13. 21., aut versus angusto jam torno (id est breviore verborum orbe sive ambitu, ut optime explicat Santenius l. supra p. 48. d. non laudatus ille Hertzbergio p. 233.) inclusisse, ut est apud Propertium in loco persimili ac gemino II. 34, 43.: Incipe jam angusto versus includere torno Inque tuos ignes, dure poeta, veni,“ quibus verbis „praecepit Propertius Lynceo, poetae epico, qui in amorem nuper inciderat, ut relicto heroico et grandi carmine choros et amores angustis elegis scriberet“ Bentl. in Hor. Art. Poet. 441. p. 172. Nec fortasse deerit, qui comparet locum Statii Silv. II. 1, 130.: angusta telas arctare lacerna,“ quem Burmannus p. 705. contendit cum Lucani versu X. 143.: extenso laxavit stamina velo.“

Duae autem sententiae insunt in his versibus, quorum primus Alexandrinos illos poetas declarat pariter ab epico generc ad tenue carminum genus recessisse, alter indicat elegiae vacavisse (quove pede ingressi) Mimnermi exemplum sequutos (quamve bibistis aquam conf. Hertzberg. II. 34, 31. p. 228. et III. 3, 52. p. 265., ut fallatur Valckenarius Eleg. Callimach. p. 4.), uterque autem significat plus laudis elegiis suis, quas ipsas Propertius imitandas sibi sumpsit, quam heroicis versibus meruisse. Hertzbergius quidem nec haec satis enucleavit et duo praeteriit: et

praeposterum rerum instituí ordinem, si quis primo loco levigata carmina narret, secundo loco carminum genus ostendat quale fuerit, et, si tenuari ea carmina credis, quae levigantur, Callimachum ac Philetam, id quod certum contestatumque est, non minore, quam elegias, cura limavisse epica sua carmina, celebrata illa quidem maximopere ab aliis, sed, id quod totam rem continet, a Propertio neglecta ideoque hic cum manifesta sui ipsius instituti professione (carmen tenuastis) omissa.

Caput VIII.

Orgia Bacchicorum sacrorum apparatus omnis. Orgia plaudere. Orgia ludere (evare), rotare. Mystae Bacchici. De nominativi usu hoc: vos, Pompilius sanguis: novus anne, veni."

Rem, praeterquam quod Cerda in Virg. Aen. VII. 403. p. 71. A. scripsit: ait poeta: capite orgia mecum. Sunt ergo orgia thyrsus, rami, pelles et cetera omnia, quibus peragi solita Bacchi festa" et Barthius in Stat. Theb. IV. 785. p. 1269. subtilius adnotavit haec: orgia Papinius pro instrumentis sacrorum posuit", a nullo animadversam, a nobis supra cap. VII. p. 44. sq. certis stabilitam documentis licet jam ad controversorum aliquot locorum conferre explicationem. Veluti ab Virgilio Aen. VI. 517.: Illa chorum simulans evantes orgia circum Ducebat Phrygias" non jam dubium est, quin contempta ea sententia, quam omnes tenent interpretes (conf. Cerd. p. 682. E. Heyn. p. 926. Forbig. p. 130.: evantes orgia id est orgia evando celebrantes." Oudendorp. in Apulej. Met. VIII. p. 580. c. 27. p. 733.), unus sprevit Schraderus haec commentus: evantes atria (litora) circum", Servius quidem p. 385.: orgia i. e. cantharos maximos, vino plenos" sibi persuaserit fingi Helenam evantes Phrygias circum orgia sive sacra ducentem — sic enim verba conjungi: evantes circum orgia, ut Aen. I. 466., vetant ea, quae de voce circumducebat ab eodem Servio adscripta sunt — conf. Tryphiodor. 340. sq. *Τρωϊάδες δὲ γυναῖκες — Μολπῇ τ' ὀρχηθμῷ τε περὶ βρέτας εἱλίσσοντο — Καί τις ἀπειρεσίοιο πίθου κρήδεμνον ἀνεῖσα — Γαῖαν ἀνεκνίσσωσε χυτὴν εὐώδεϊ πηλῷ.* Dionys. Perieg. 841.: *Ὀρχεῦνται θηητὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον, Εὖτε Διωνύσοιο χοροστασίας τελέοιεν.* Ut reconditioris vestigia doctrinae appareant, siquidem in mediis bacchantium mulierum choris constat collocari solitos fuisse cantharos Eurip. Bacch. 221. *θιάσοις ἐν μέσοισιν ἑστάναι Κρατῆρας* conf. Philostrat. Jmagg. II. 17. p. 80, 22. Barth. in Stat. Theb. II. 76. p. 300., de qua re qui dedita opera disseruit, Schoenius de Pers. in Eurip. Bacch. Hab. Scen. X. p. 115. sq. nec Schwarzii Misc. Pol. Hum. IV. 7. p. 107. sq. nec Cerdae in Virg. Ecl. VI. 17. p. 114. C. aut Savaronis in Sidon. Apollinar. Epist. IX. 13. p. 602. sq. aut Drakenborchii in Sil. Jtal. VII. 196. p. 352. sq. habuit rationem. Ceterum cujus memoriam attulit illud: evare orgia, Claudiani verba IV. Cons. Hon. 604.: dubitassent orgia Bacchi Cui furerent" defensa ab Heinsio in Sec. Cons. Stilich. 169. p. 549. et Burmanno in Valer. Flacc. II. 145. p. 162., quamvis memor Eutrop. II. 286.: Fixa metu tacitas presserunt orgia buxos" vehementer tamen dubito an praestet sic corrigi: dubitassent orgia Bacchae Cui furerent," ut apud Statium: Gradivus caedis opus furit." Barth. in Theb. IX. 5. p. 946. Deinde in Festi Avieni Descriptione Orbis 889.:

Orgia ludentes et nebride pectora cincti
Deduxere choros, Nysaei ludicra ritus,

quum non ignorem legi v. 1350.: et ritibus orgia ludunt" et v. 1003.: ritus Jaccho luditur" conf. Sidon. Apollinar. Carm. XXII. 38. p. 171. et XI. 121. p. 139., pro certo tamen affirmo tantum abesse, ut scribendi genus integrum sit, in quo acquieverunt etiam Savaro in Sidon. Carm. XI. 119. p. 137. et Heinsius in Claudian. Rapt. Pros. II. Praef. 52. p. 734., hocce: Gens Camaritarum, qui post certamina Bacchum — Accepere casis mensasque dedere Lyaeo, Orgia ludentes" aut illud: mensasque dedere Lyaeo Orgia ludentes, et nebride pectora cincti Deduxere choros", ut verbo ludendi locus non

sit relinquendus. Primum enim Camaritas patet post datas Lyaeo mensas lusisse demum orgia; deinde taedio est idem vocabulum bis deinceps positum hoc modo: orgia ludentes — ludicra ritus"; denique differunt genere hae sententiae: orgia ludentes et nebride pectora cincti; concinunt vero hae: cymbala pulsantes et nebride pectora cincti" conf. Sidon. Carm. V. 503. p. 62.: Bassaris et maculis Erythraeae nebridis horrens Excitat Odrysios ad marcida tympana mystas." Claudian. Eutrop. I. 277. sq.: habeas pro Marte Cybeben —; Cymbala ferre licet." Quibus de caussis facile persuadere videor, quod saepe alias factum est, ut in locum verbi plaudendi sufficeretur ludere (vid. Burmann. in Ovid. Trist. V. 12, 7. p. 689. conf. Culic. v. 19. ludente chorea. Bemb. plaudente. Oudendorp. in Frontin. I. 12, 1. p. 134.), idem in hoc loco accidisse redintegrandamque Avieni orationem esse hac ratione: mensasque dedere Lyaeo. Orgia plaudentes et nebride pectora cincti — Deduxere choros." Quod ipsum in ea sententia, in qua alii posuerunt tympana plangere Catull. LXIV. 262. et quam vocem modico etiam ipsam litterarum discrimine sejunctam ab altera illa ludendi patet (Columell. II. 21, 4. p. 122.: spicae cuduntur. al. tunduntur), tundere Burmann. in Prop. III. 15, 33. p. 655. (clypeos plaudere Heins. in Claudian. VI. Cons. Hon. 630. p. 659.), usurpavit Statius Theb. IV. 785.: certantia plaudunt Orgia, sed magnis resonat vagitibus Jde", quod Lactantius p. 207. B. interpretatur: plaudunt id est feriunt. Orgia id est tympana" et auctor glossae ms. Barth. p. 1269. tympana feriunt" et recte quidem; nam ab ejus loci sententia omnino abhorret comparatio illorum exemplorum: ferire carmina, plaudere choreas, de quibus exposuit Burmannus in Calpurn. Ecl. IV. 128. p. 646. conf. Markland. in Eurip. Suppl. 1205. p. 200. Denique omisso Catulli versu LXIV. 260., de quo aliter atque Barthius l. d. sentiunt cum omnes tum Astius Anthol. Lat. p. 189., ac Sidonii Apollinaris loco V. 500.: simul lassata quiescunt Orgia et ad biforem reboat nec tibia flatu", quem duplici interpretationi opportunum — nam et sacra et aera quiescere frequenter apud poetas legimus Barth. in Stat. Theb. II. 77. p. 301. sq. Achill. I. 622. — verum est explicari comparatione eorum locorum, in quibus orgia rotari ab eodem poeta dicuntur Savar. in Carm. V. 235. p. 49. et 597. p. 70. et XI. 120. p. 137. conf. IX. 139. p. 122. — his et aliis locis igitur omissis subnectam Propertii locum, qui est in libro III. 2, 27. sq.:

Hic erat affixis viridis spelunca lapillis
Pendebantque cavis tympana pumicibus.
Ergo Musarum et Sileni patris imago
Fictilis et calami, Pan Tegeaee, tui.

De quo loco quantopere laborarint docti, dicam verbis Burmanni p. 501.: Ergo displicuit Heinsio, qui legebat Plectraque Musarum vel Cerea, imago nempe [vel Regia Nott. in Prop. p. 716.] vel Orgia. Eldickius Organa conjecerat. Illic Musarum vel Hic et Francius. Sed vetusta et rariori significatione ergo pro deinde exposuit Broukhusius [auctore usus Cantero Nov. Lectt. IV. 26. p. 615. T. III. Grut. Lamp., quem laudavit etiam Heinsius l. d.]" et Hertzbergii p. 261. sq.: Lachmannus praeter necessitatem hic addit. Nec tamen ergo pro deinde positum censemus; sed id, quod proprie significat revera; perinde igitur est ac si dicat: Conjeceram Musas ibi futuras; en vero ipsas. Eadem prorsus significatio Hor. Sat. II. 6, 70. [quod perperam statui docet vel Heindorfius p. 396.]. Hinc demum altera nata, qua idem, quod igitur sonat. Et tamen est, in quo sic quoque haeream. Nam et Musarum imagines hic, ubi mox ipsae Musae comparent, fuisse et singularem imago, cum si non Latinitas, at Propertii certe proprietas dicendi pluralem paene flagitet, non injuria aliquis miretur. Quapropter verum nunc puto, quod Eldickius conjecit, etiam Santenio in litteris mss. probatum: Organa Musarum" [quae vox in significatione citharae ab Juvenale VI. 380. posita, ut visum est ejus Scholiastae p. 232.: organa dicit citharas" conf. Jsidor. Origg. III. 20, 2. p. 118. Cang. Gloss. Med. Lat. T. III. p. 64. non item Lindenbrogio in Ammian. Marcellin. XXVIII. 1, 8. p. 215., a formula latinae consue-

tudinis videtur abhorrere conf. Anth. Lat. III. 134. p. 626. IV. 321. p. 235. Coripp. Joann. IV. 577. Laud. Justin. III. 72. Prudent. Apoth. 148. 386. sq. Venant. de Resurrect. p. 698. A.] —. Keilius Obss. Critt. p. 31. longius codd. vestigiis relictis nec caussis additis, unde tam vulgare vocabulum a librariis temere mutatum esse demonstraret: Circum pro ergo scribendum conjecit.“ Ergo vitio natum esse illud ergo constat frequenti doctorum hominum consensu; verum ego hoc amplius censeo ne Musarum quidem nomini hic locum posse concedi. Quae enim desideretur sententia, non perplexe monstrat tympanorum ac Sileni mentio, inter quae nomina facile intelligitur medium interponi non potuisse nisi quod propius pertineret ad Bacchi consortium et ad descriptionem Bacchici antri (vid. cap. III. p. 20. sq.) exornati refertique tympanis cymbalisque et crateribus omnibusque instrumentis, in quibus sacri apparatus momentum cerni Schoenius l. d. disseruit. Quid igitur? censebimusne non solum orgia (cujus vocis vim ac potestatem ne Heinsius quidem satis perceptam habuit), sed etiam Dusaria, Masaria (Electt. Crit. p. 29.) instauranda esse? At longius hoc videtur repetitum esse. In promptu vero est ac fidei proximum:

Orgia mystarum et Sileni patris imago,

ut apud Senecam Oed. 429.: Te senior turpi sequitur Silenus asello —. Condita lascivi deducunt orgia mystae“ et Sidonium Apollinarem Carm. V. 504.: Bassaris — Excitat Odrysios ad marcida tympana mystas“ et IX. 204.: Non Bacchum — Describam et — Aram ad turicremam rotare mystas.“ Apulej. Apol. LX. p. 517.: Liberi patris mystae.“ Nicomed. Smyrn. Epigr. VII. p. 92. Anth. Gr. T. III. χρύσεα Βάκχου Ὄργια καὶ μύσται πρόκριτοι Εὐΐεω. add. Savar. in Sidon. p. 70. et 126. Erhard. in Petron. XVII. p. 61. Valg. p. 224. conf. Heins. in Ovid. Fast. IV. 536. p. 274. Verum haec hactenus. Intendendum enim est potius ei rei, quod Propertius hoc quoque carmine professus „Philetam sibi in elegiis, quae proprie dicuntur, imitandum se proposuisse“ (Hertzberg. Quaestt. II. 7. p. 193.) ait (III. 2, 51.):

Talia Calliope lymphisque a fonte petitis
Ora Philetaea nostra rigavit aqua.

Quorum vim verborum parum accurate enodavit Hertzbergius sic commentatus p. 265.: Philetaeam aquam fontem, ex quo Philetas hauserit, esse significavimus supra. Quod nisi hujus carminis v. 6. certissimo argumento confirmetur, dubitare possis, an Philetaea aqua alia translatione ipsa carmina Philetae intelligenda sint.“ Praetermissum enim est id, quod maxime rem continet. Quum enim Propertius ausus ille magnis Ennii fontibus sua ipse ora admovere (v. 5.) ab Apolline heroi carminis opus tangere vetitus esset (v. 15.), factum est, ut a Calliope ministratum (conf. Ovid. Am. I. 15, 35.) acciperet quantum satis esset aquae ex parvo Philetae fonte (conf. Valg. p. 243.) petitae. Ut in Propertium liceat aliquo modo transferre, quod de Nerva dixit Martialis VIII. 70. 3.: Cum siccare sacram largo Permesida posset Ore („totam — haurire Aganippen“ Auson. Mosell. 447.), verecundam maluit esse sitim Pieriam tenui frontem redimire corona (sive carmen tenuare conf. p. 49.) Contentus“ appareatque, id quod minus attendit Jacobsius in Epigr. Delect. IV. 16, 5. p. 85., interesse aliquid inter Propertii locum et Asclepiadis verba haec: *Δῶκαν δὲ κράναν Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ —, Οὗ — κορεσσάμενος μακάρων γένος ἔργα τε μολπαῖς — ἔγραφες (Ἡσίοδε).*

Quoniam autem eodem loco Hertzbergius illum errorem breviter perstrinxit, quo scribi frequenter solitum est: Philetens, Tegeeus (conf. Valg. p. 295.), contrarii vitii plurima extare exempla recordatus labor ad restituendum Propertii versum IV. 11, 24. Nam quemadmodum consignatum est in Varronis Atacini versu: Feta feris Libye: Libyae Rutgers. Var. Lectt. VI. 15. p. 595. et Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 226. idemque apud Claudianum et Jdae apud Senecam Voss. in Valer. Flacc. II. 519. p. 214. sq. et in Statii Theb. I. 355.: Jam Nemee: Nemeae codd. Oudendorp. Apul. Met. II. p. 97. a. et apud Martianum Capellam VI. 653. p. 534. (de quo loco in extremo capite dicemus) Gargaphiae,

ita apud Propertium III. 15, 11. IV. 3, 43. Dirce. Hippolyte in Groningano extat Dircae. Hippolytae. Nec his se finibus continuit „mos ille vetustissimorum librariorum e longum per diphthongum scribentium" (Oudendorp. in Sueton. Vespas. 3. p. 871. not. 2.). Invenimus enim eleg. II. 25, 44. dure poeta in Hamb. durae (conf. Goens. Cepotaph. I. 11. p. 9. sq. et V. 13. p. 115. Theb. Parad. I. 4. p. 63.) et eo, quo diximus, loco Tantaleae in cod. Burm. pr. et Heinsian., Tantaliae in Voss. quart. id est, ut ego arbitror, Tantalee, quod librarii eadem temeritate, qua apud Ovid. Fast. IV. 731.: „J, pete virginea, populus, suffimen ab ara" proditum est in Bern. popule, substituisse videntur in locum vocis Tantaleus. Quam ipsam vocem jam e codice Groningano (Exc. Mod. Burm. p. 901.) erutam tantum abfuit, ut Hertzbergius (conf. II. 6, 20. p. 105.) confirmaret similitudine eorum exemplorum, quae sunt apud Burmannum in Ovid. Her. XVIII. 100. p. 249. et Art. Am. I. 3. p. 597. et Misc. Obss. Vol. I. T. II. p. 261. Cortiumque in Lucan. II. 116. p. 205. et IV. 20. p. 430. et Conr. Schneiderum Gramm. Lat. II. 1. p. 65. sq. 72. 304. [add. Prudent. c. Symm. II. 870.: illos tu, Tibris, adoras"] et 73. not. conf. Priscian. VII. 5. p. 303.: o Penthee et o Tydee et o Jlionee — in usu non inveni" aut loco Horatii Epist. ad Pis. 291.: Vos, o Pompilius sanguis", (quod Hermannus quidem ap. Orell. p. 630. declarantis esse vult, non vocantis) add. quos locos omisit Sternius Symbol. ad Gramm. Rom. Poetic. 6. p. 7. Progr. Hammon. 1845., Sidon. Apollin. Carm. XXII. 18. p. 171.: Nereidum chorus alme doce". Auson. Prec. Cons. Jdyll. VIII. 1. p. 343.: novus anne veni". Claudian. Prob. et Olybr. Cons. 267.: O consanguineis felix auctoribus anne" (ita enim Gyraldi liber et Puteanea excerpta; Vicetina editio annae; vulgo codices annus" Heins. p. 29.). Anth. Lat. I. 19, 2. p. 9.: Bassareu, bicornis, Maenole (hoc enim est illud Moenale, quod habet cod. Neap. et Atilius Fortunat. p. 2672. conf. Clem. Alex. Adm. ad Gent. p. 9. D. *Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι.* cod. Palat. ap. Creuz. Melett. I. p. 22. Conr. Schneider. Lat. Gramm. II. 1. p. 303.), bimater, Crine nitidus —, hederate coronis"), ut spreta Passovii emendatione Tantalide (Tantalidae, quam probari video Welckero Syll. Inscr. p. 138. sq. conf. Theb. Parad. III, 3. p. 295.) fretus nimirum illa argumentatione (Quaestt. II. 6. p. 163.), quam supra cap. V. p. 33. confutavimus, T. II. p. 161. ederet: Fallax Tantaleo corripiare liquor" et „Tantaleus pro Tantalus dictum a Propertio esse" T. III. p. 511. narraret de Vossii aliorumque sententia, cui ne Heinsius quidem Nott. in Prop. p. 761. accesserat. Postremo si vel omnium codicum consensu Tantaleo testatum invenisset Hertzbergius, grammaticorum quidem praecepta non hoc hortabantur, is ut novo atque inaudito nomini locum faceret, sed ut per omnes Propertii libros pertinuisse eam tabem censeret, quae apud Ovidium l. d.: J, pete — populus" in aliquot libros Burm. p. 287. fluxit, in quibus est populo.

Caput IX.

Num cera Propertii non minus recte dicatur, quam pagina (charta). Veterum usu hoc receptum, ut et serta et sertas dicerent.

Subnectam, quod ex Propertii de Phileta, quae vocant, testimoniis superest, eleg. IV. 6, 3. testimonium hoc:

Sacra facit vates. Sint ora faventia sacris
Et cadat ante meos icta juvenca focos.
Cera Philetaeis certet Romana corymbis
Et Cyrenaeas urna ministret aquas.

De quo loco ita disputat Hertzbergius p. 459.: Rescisso quodammodo allegoriae velo Cera Romana, ait, certet Philetae hederis. Nam in hoc etiam extremo verbo variat certe metaphoram. Jllam vero ceram cum tabulam ceratam esse Scaliger non intelligeret, Serta conjecit. Sed jure alterum Lachmannus defendit. Nam tabula, ut El. III. 1, 18. II. 34, 87. 89. pagina pro carmine

atque adeo pro ipso, qui canit, poeta ponitur." Ergo Scaligerum ignorasse ceram esse ceratam tabulam? Incredibile hoc per se ipsum atque indignum fide; quid dico fide indignum? immo vero vanum falsumque. Arguunt ipsa Scaligeri verba haec p. 596.: Cera hic locum non habet neque scriptio." Videamus jam, quid disputatio, cujus initia male posita esse apparuit, valeat et quorsum recidat. Cera, inquit, pro carmine ponitur. At vero qui paginas vel schedas, chartam, libellos dici poetarum carmina et singulas partes, ex quibus constaret codex cujuscunque materiae, tabulas vel tabellas, interdum etiam folia docuit Schwarzius de Ornam. Libr. Vett. II. 5. p. 48. sq. V. 4. 5. p. 178. sq. 6. p. 182. sq. IV. 2. p. 153. sq. conf. Cappell. l. infra d. — nam strictim attingo volumen Valg. p. 212. 448. membranam Schwarz. IV. 1, 3. p. 129. conf. Heindorf. in Hor. Sat. II. 3, 2. p. 280. pugillaria, codicillos Schwarz. l. d. Catull. XLII. 5. 19., quamquam aliter et rectius de eo loco explicavit Burmannus Praef. Petron. [p. II.], δέλτους Stoll. Antimach. Reliqq. p. 13., pugillares ceras Prudent. περὶ στεφ. IX. 15. Burmann. in Anth. Lat. II. 243, 14. p. 429. —, idem Schwarzius V. 6. p. 181. sqq. attulit tabellis ceratis etiam post receptum chartae usum Romanos in exarandis epistolis uti non desisse (add. Heins. in Ovid. Art. Am. III. 623. p. 698. Ciofan. in Met. IX. 521. p. 666. conf. de testamentorum ceris Martial. IV. 70, 2. Heindorf. in Hor. Sat. II. 5, 53. p. 367.), in qua ipsa sententia Propertius III. 22, 8. ceram posuit (conf. Prudent. l. d.). Quod cum de hoc loco dici nequeat, quis jam est, qui Propertium informet animo atque inducat scriptioni vacantem et cum Phileta contendentem, ut apud Horatium est Sat. I. 4, 15.: Accipiam tabulas —; videamus, uter plus scribere possit" et Juvenalem I. 63.: Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio"? Nam silentio transmitto opinationem Lachmanni p. 369.: tabulam ceratam dicit, in qua scribebat. Per hoc carmen autem Philetae se coronam erepturum sperat"; numquam enim eos sumpsit Propertius spiritus, ut tam magna minaretur. Jtaque non modo repudio id, quod docti homines susceperunt non demonstratum firmatumque exemplis, verum etiam hoc ajo contendoque Hertzbergio in sua perseveranti sententia faciendum fuisse, ut in locum cerae sufficeret vocem charta parum illi dissimilem (Catull. Eleg. ad Manl. 46. charta. codd. Santen. p. 11. carta. certa. Achill. Stat. p. 266. a. cera. Martial. I. 66, 5.: rudes curas. Voss. cartas. VIII. 33, 13.: Stat creta. quatuor codd. Schneidew. p. 336. carta. Ovid. Art. Am. III. 199.: candorem quaerere cera. al. creta. vid. Burmann. p. 668.). Hanc enim vocem poetarum usu receptam non Schwarzius solum l. d. testatur, sed Scaliger etiam in Catull. 1. p. 3. et Voss. p. 3. Cappellus in Opusc. Var. de Lat. JCt. Vett. p. 106. sq. Burmannus in Anthol. Lat. II. 122, 13. p. 293. et 243. p. 429. Santen. l. d. Heindorf. Hor. Sat. I. 10, 4. p. 208. Catull. XXXVI. 1. 20. Ovid. Art. Am. II. 746. Remm. Fann. de Pond. 123.: Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis." Quamquam longe frequentius in hac re esse paginam (σελίς Jacobs. Del. Epigr. IV. 57, 5. p. 103. add. IV. 9, 1. 66, 3.) declarant loci ipsius Propertii II. 25, 89.: docti — pagina Calvi" et quos collegit Passeratius ap. Burmann. II. 17, 1. p. 362. et ipse Hertzbergius II. 34, 87. p. 241. et aliorum scriptorum Gronov. Diatr. in Stat. I. p. 312. sq. Schwarz. l. d. et in Plin. Paneg. XCII. 2. p. 472. Cappellus l. d. Wopkens. in Paulin. Petrocor. de Vit. Martin. V. 1210. p. 913. Misc. Obss. Nov. T. VIII. Burmann. in Anthol. Lat. III. 128. p. 582. et 158. p. 606. conf. Barth. Advers. XXIV. 17. p. 1204. et XLII. 13. p. 1891. et in Claudian. Laud. Seren. 162. p. 444. add. Martial. II. 77, 5.: Marsi doctique Pedonis — pagina" et V. 2, 2.: Matronae puerique virginesque, Vobis pagina nostra dedicatur." Alcim. Avit. p. 424. A.: De qua sermonem praemisso carmine fecit, Luctificos repetit tenuis dum pagina lapsus." Joseph. Jscan. ap. Dresem. in Bell. Troj. III. 472. p. 80. b.: Pagina Caesareos loquitur Romana triumphos (Claudian. l. d.: Antiquos loquitur Musarum pagina reges)." Martian. Capell. I. 3. p. 15.: epica lyricaque pagina (Oeagrii citharistae et Maeonii) consonarent." Quod quum ita sit, quum praesertim vox in Heins. codice (Broukh. prim.) consignata certent non perplexe dirigat ad serta (quod vocabulum suopte ipsius ingenio fretus protulit Scaliger), nihil ad

veritatis similitudinem videtur esse propensius ea sententia, qua rarius loquendi genus illud, de quo infra explicatius dicam, a librariis non minus hic, quam in eleg. II. 24, 37. cod. Groning.: perpendent serta" obscuratum esse obtineo confirmoque:

Serta Philetaeis certet Romana corymbis.

Quam exiguo enim discrimine vox serta distet ab cera (edra Passer. cod.), ut omittam Achillem Stat. in Catull. p. 266. a., indicant cum Palladii Mart. 10, 28.: velut serta pertusi" libri (Schneid. p. 144.), qui tenent sera conf. Martial. V. 18, 1. cerei. Gudian. certi, tum Juvenalis IX. 128.: serta, unguenta, puellas" Vinar. certa et Lucani X. 164.: sertas nardo florente coronas" duae edit. (Cort. p. 500.) certas et Epiced. Maecen. p. 3. Meib.: pomosi jugera certa soli" al. serta (id quod fugit Burmannum Anth. Lat. II. 119, 34. p. 260.) et Apuleji Met. IV. p. 303.: floribus sertis ed. pr. et Bas. 1. certis conf. Valg. p. 504. et in quibus libris voces ceram et cretam confusas esse modo diximus. Quaerenti autem quid intersit inter Romanam sertam et Philetaeos corymbos, non melilotos illa odoratissima, quam sertam sive sertulam vocant Latini (vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 686. b. F. conf. Burmann. in Seren. Sammonic. c. I. 17. p. 193. Schneider. in Caton. de Re Rust. CXIII. p. 159. et Columell. XII. 20, 5. p. 630.), cum corona hederacea comparari (Paschal. Coron. III. 15. p. 190.), sed informari animo videtur cogitatio curae et diligentiae colligendis nectendisque floribus adhibitae conf. Schol. Lucan. I. infra d. Praeclare enim Scaliger, qui aliquanto plura egregie invenit, quam multi hujus aetatis docti opinantur rectae eruditionis parum studiosi, p. 596.: Sacra facturi *στέφανον καὶ χέρνιβα* adhibebant; illum a Phileta, hanc a Callimacho petit." Quam sententiam iis, quae supra disputavimus, satis jam confirmatam pluribus comprobare supervacaneum est. Illud vero non praetereundum videtur, quod vitium de hoc loco (codd. Philippeis) Beroaldus primus exemit, idem insedisse in verbis Choerobosci Bekk. Annott. in Etym. p. 705. *φιλίππας ὁ διδάσκαλος Θεοχρίτου*. Bernhardy. Graec. Litt. Hist. II. p. 932. Superest, ut rem a Paschalio Coron. I. 12. p. 35. sq. II. 2. p. 67. sq. praetermissam, ab Heinsio in Ovid. Trist. IV. 2, 56. p. 617. et Broukhusio in Prop. II. 24, 37. p. 200. conf. Burmann. p. 369. et Burmann. in Seren. I. d. inchoatam plenius et subtilius exsequar. Sertas igitur apud Propertium II. 24, 37. recte legi testatur etiam Grammaticus de Gen. Nom. p. 99, 12.: Serta pluraliter dicit Virgilius: Huc ades Aonia crinem circumdata serta. Sed Propertius dicit: cum tua praependent demissae in pocula sertae. Sunt enim sertae sicut coronae", quae patet reconcinnanda esse ad fidem Charisii I. p. 83. (XVIII. 35. p. 60.): serta neutro genere dicuntur, ut Virgilius: Serta procul tantum capiti delapsa jacebant. Sed Propertius feminine extulit: Sic tua — sertae. Et Cornelius Severus: Huc ades Aonia crinem circumdata serta." Receptum id nomen fuisse consentit Scholiasta Lucani X. 164. p. 780. Oud.: Proprie sertae de floribus fiunt, coronae de frondibus", cum quo discrepat Servius in Virg. Aen. I. 417. p. 74.: si — sertos dixero, addo flores, si sertas, addo coronas. — Et hoc in multis nominibus observandum est, ut genus ex adjectione formetur, qua detracta in neutrum cadat necesse est", quae verba Burmannus in Prop. p. 460. rectius cepit, quam Scioppius in Sanct. Minerv. IV. 4. p. 564. hujus scripturae auctor: adde flores — adde coronas." Accedit Philoxenus Gloss. p. 173: *στέφανος*. Corona, serta, sertum, corona" (ubi eadem ratione, qua in Rabirii versu ap. Charis. I. 17, 24. p. 35. colles fieri conos jussimus in Diss. de Aemilio Macro p. 14. add. Gronov. Epist. ad Heins. LXXXI. Syll. Burm. III. p. 92. et apud interpretes Veron. Virg. Aen. I. 249. p. 84, 1. Apollo Aponus Valg. p. 333., rescribendum est corolla, ut in Onomast. p. 44.: *στεφάνιον*. Corolla, corona". Add. Cyrill. p. 169.: Serta, *στέφανοι, στέμματα, στέφανος*" conf. ibid.: Serta, singulare non habet, *στέμματα,*" cum ibidem extet: sertum, *στέφανος*" et in Auson. Cupid. Cruc. Affix. 88.: roseo serto." Propertio autem et Cornelio Severo adjicio Apulejum Met. II. p. 127.: proximat rosae serta et rosa soluta in sinu tuberante" (sic enim scriptum eum locum in omnibus codicibus reperit Hildebrandus p. 110.) et Epigr. Anthol. Lat. V. 78, 2. p. 364.:

Crines cui rutilos spicea serta ligat", ubi quod aliquot codices tenent (legat, ligat), ab Heinsio in Trist. l. d. comprobatum esse ignorat Burmannus p. 365. Denique in Martialis Epigrammate VIII. 77, 4: Assyrio semper tibi crinis amomo Splendeat et cingant florea serta caput" codicis Puteanei et Vossiani primi auctoritati a Burmanno in Seren. l. d., ut videtur, non neglectae hoc dare debebat Schneidewinius, ut ederet cingat. Omitto vero Martiani Capellae versum I. 1. p. 5.: Comere verniferis florentia limina sertis" his a Koppio p. 6. explicatum: verniferis adjectivum est pariter atque serta et substantivum corona omissum."

Caput X.

Quid sit piare sidus, iram, damna, busta, delubra arasque, fontes, jura. Cum Remo jura dedit Romulus Sibyllae responso jussus fratris manes placare. Eadem casa, urbs, turba modo Romuli dicitur, modo Remi (ut idem fons nunc Pollucis, nunc Castoris al.). Piare nonnumquam idem, quod contaminare. Magae credebantur posse exstinguere sidera, aquas subducere, herbas in fluvios transferre, diluere montes.

De Propertii versu I. 1, 20.: Vos — quibus est
labor in magicis sacra piare focis
expediendi hanc, ut dictum est supra cap. VII. p. 44., habeo causam, quod Dousa aliique, quos commemoravi Valg. p. 256., hoc ipso loco freti sacra Philetae dici manes Philetae sibi persuaserunt. Qui non levius errarunt, quam qui allatis iis locis, in quibus legitur rura, busta, aras piare, officio satisfecisse sibi visi sunt. Nec idonea est ipsius Hertzbergii ratio. Nam eorum, quae posita ab eo sunt p. 7.: „aras, rura diis dicanda piari antea oportet. Hinc sequitur, ut sacra hoc loco non sacrificandi actionem (hac enim demum arae piantur) ipsam significent, sed res sacrificio oblatas sive victimas sive latices et herbas magicas, quae certis carminibus certoque ritu diis adolentur", alterum falso dici infra declarabimus, alterum autem ab poetae sententia et instituto abhorrere inde intelligitur, quod nihil hic interest, qua cura apparentur sacra „quibusve formulis et ritibus lustrentur", sed quid peracta in magicis focis sacra valeant. In quam partem non dubie spectant ipsa verba: labor est parum illa ab doctis viris considerata, quorum vis patescit ex Quintilian. Declam. X. 15. p. 227: Magis mihi laborandum est, quam cum sidera mundo revelluntur" et 7. p. 218: inveni vincula verborum, sed arte tota, sed labore toto" et Lucan. VI. 602.: Elysias resera sedes. — Non humilis labor est" conf. 492.: Quis labor hic superis cantus herbasque sequendi"? Reprimam jam me nec pluribus perspicuam rem et evidentem aut praemuniam aut exsequar. Namque, id quod cum omnes tum Marklandum ap. Burm. p. 15. fefellit versatum certe illum in explicando praepositionis in usu, de quo vid. Hertzberg. Quaestt. II. 6, 17. p. 134., ipsum vocis sacra principium vitio natum est plane eodem, quo apud Valerium Flaccum III. 367.: patria ex oculis acerque laborum Pulsus amor" in Burmanni codice p. 279., qui tenet sacerque, „repetita litera s fuit ab ultima praecedentis vocis syllaba oculis" et in Ovid. Met. X. 349.: Nec metues atro crinitas angue sorores" in aliquot ejusdem Burmanni codicibus p. 716. sacro scriptum invenitur conf. Burmann. in Seren. Samonic. LVII. 1017. p. 375. et Ovid. Met. X. 229. p. 706. et quae nos supra cap. VI. p. 39. diximus; quod autem demta hac litera reliquum est: acra, id sine ulla dubitatione deducitur ad astra. Nam et acer et ater frequenter in libris mss. confundi docet Drakenborchius in Sil. Ital. V. 154. p. 254. et XVII. 250. p. 859. (conf. serta: sacra Cannegieter. in Avian. Fab. XXXVI. 11. p. 199. Valg. p. 504.) et vocibus atra et astra variatum est apud Claudianum IV. Cons. Hon. 172.: involverat atra Lumen hiems." codd. aliquot Heins. p. 190. astra, Cort. Luc. V. 608. p. 661. et apud Ovidium Met. XII. 14.: stabat proxima sacris. Pal. castris (conf. Claudian. Sec. Cons. Stil. 120.: sic casta juventae Frena dedit." Medic. sic sacra. Leid. Heins. p. 545. sic arta. Pr. Cons. Stil. I. 43. fatis. codd. Heins. p. 471. fastis) et apud Valerium

Flaccum III. 731.: sidera sustulit astris. cod. Burm. p. 320. arcis. Quamquam qui Peerlkampii in Virg. Aen. III. p. 167. sequuntur doctrinam, fortasse dicent „mutationem sacra in ascra, astra esse facillimam istam e literis transpositis.“ Atque hanc quidem vocem

(Est labor in magicis) astra (piare focis)

vere a nobis inventam restitutamque esse firmissimo argumento in extremo hoc capite obtinebimus. Sed in duas verba: astra piare accipi possunt sententias. Quarum alteram in ipsum eum locum, quem modo diximus, differimus; nunc quidem in eam partem libet quaerere, quae legentibus videtur proposita esse et magis in promptu. Nihil enim illis verbis aptius cogitari potest et magis consentaneum instituto ejus carminis, in quo conqueritur Propertius v. 7. furorem totius anni adversosque deos et v. 26. non sanum pectus et v. 33. amaras noctes. Qui enim Thessalas in magicis focis hoc laborare ait, ut astra pientur, is idem fere dicit, quod Lucanus VI. 443.: tot surdas gentibus aures Coelicolum dirae convertunt carmina gentis“ conf. Symmach. Epist. VII. 19.: Quis Colchus aut Thessalus cantu aut manu has offensiones levasset?“ Nam quid astrorum mentio valeat declarat idem ipse Propertius I. 6, 36.: Vivere me duro sidere certus eris“ id est „non dubitabis me amantem duro uti fato“ (F. G. Barth. p. 21.) et Ovidius, apud quem Hermione Ep. VIII. 87.: Quae mea coelestes injuria fecit iniquos? Quod mihi (vae miserae) sidus obesse querar? (conf. Senec. Oed. 233.: Mitia Cadmeis remeabunt sidera Thebis.“ Jsidor. Origg. X. 13. p. 320.: Astrosus ab astro dictus quasi malo sidere natus.“ Barth. in Stat. Theb. IV. 760. p. 1259. Weitz. et Burmann. in Petron. 134. p. 639. et id. Burmann. 30. p. 113. Ruhnken. in Ovid. l. d. p. 57. conf. Arntzen. in Cat. Dist. II. 30. p. 154.); piare autem sic dictum est, ut piare deos Hor. Ep. II. 1. 143. Ovid. Fast. I. 318. Oudendorp. in Jul. Obseq. CVII. p. 155. Apulej. Met. IV. p. 303.: Tertullian. I. p. 58. cit. et a Plinio Nat. Hist. II. 25, 23. p. 151. Sill.: cometes — terrificum ex parte sidus ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule iterumque Pompeji et Caesaris bello“ conf. Tacit. Ann. XV. 47.: sidus cometes — sanguine expiatum“ et ab Ovidio Fast. III. 289.: piabile fulmen Est, ait, et saevi flectitur ira Jovis“ (Gloss. Labb. p. 138.: piabile. καθάρσιον.“) et 311.: Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.“ Vere enim Vetus Scholiasta Stat. Theb. IX. 602. p. 1036.: piavit, expiare; compositum significatur per simplex“, quemadmodum quod plerumque est expiare iram Senec. Oct. 859. Claudian. Eutrop. I. 19. et dolorem Hirt. Bell. Gall. VIII. 48, 8. Jaeger. in Nazar. Paneg. Constantin. XXXII. 3. p. 620. Arntz. (cui simile est hoc: saevitiae litare Gronov. in Sen. Agam. 577. p. 570. sq. Schwarz. in Plin. Paneg. LII. 3. p. 226., de qua re parum constitit Oudendorpio in Apulej. Met. VIII. p. 541.), id maluit Propertius esse iram piare III. 17, 18: matris Iram natorum caede piavit amor,“ cujus quidem versus sententia non posse vere capi videtur nisi contentione facta loci Claudiani Eutrop. I. 21.: Consule lustrandi fasces ipsoque litandum Prodigio,“ quem scienter explicavit Barthius p. 1280.: prodigiis ipsis pleraque mala monstra expiabantur. — Pertinet huc, quod sanguine Jocastae incestum torum lustrari dicit Papinius XI. 641.“, non attigit Wopkensius p. 159. Misc. Obss. Nov. T. IX. commentatus de Justin. XVI. 2, 15.: domus — stirpis exstinctae poenas partim caede, partim supplicio, partim parricidio luit“ aut Burmannus, qui Propertii verba his interpretatus p. 666.: piaculo iram satiavit“ ne Ciceronis quidem locum attulit Prov. Cons. 1. expiare cupiditates. Jaeger. l. d. Add. Sil. VII. 545.: erroris rabiem magna mercede p.“ Deinde quum frequentissimum sit expiare factum (sacrificiis) Valer. Maxim. I. 1, 16. deorum violationem vindicta ibd. 13. Cic. Harusp. Resp. 16., hoc quoque permissum scriptoribus et poetis: culpam, nefas, delicta piare (purgare Cort. in Lucan. VIII. 518. p. 350.) Virg. Aen. II. 140. 184. Stat. Theb. IX. 602. Sil. Ital. XVII. 565. VII. 487. Cic. pro dom. 31. Tacit. Ann. I. 42. Verum illuc revertor. Accedit enim, quod sagas (Hildebr. Apulej. Met. I. 8. p. 38. Valg. p. 287.) quidam vocarunt piatrices. Fest. p. 198. (Paul. Diacon. p. 117.): Piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam quidam simulatricem (de qua voce infra cap. XI. in Arnob. VI. p. 208. cap. 23. aliqua disseremus),

alii sagam, alia expiatricem vocant." Plaut. Mil. Glor. III. 1, 101.: Tum piatricem clementer non potest quin munerem." Gloss. Labb. p. 138.: Piatrix. ἀγνεύτρια." Quae quidem sagae maxime solitae sunt noctes piare (Ovid. Her. Ep. XIX. 194.), quod alii dixerunt somnium expiare (Senec. Octav. 758.), nonnulli placare, purgare, exorare Pith. et Wouwer. in Petron. 104. p. 484. Gonsal. p. 166. Casaubon. in Pers. II. p. 96. Martial. VII. 53, 3.: Exorat noctes dum mihi saga tuas." XI. 50, 8.: Expiet et somnos garrula saga tuos." Ceterum eaedem sagae dici possunt amantium insana pectora (Ovid. Met. X. 397.) piare, ut Fest. p. 198.: piari eos — ait Verrius, qui — cum mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo" (ubi verba occulta intelliguntur, quae dicit Marcellus Medic. 18. Hildebrand. in Apulej. de Mag. XL. p. 532.). Libet enim studium nostrum profiteri, si quis ex Virgilii loco Aen. V. 432.: aeger anhelitus" a Probo et aliis, quos affert Heinsius p. 654. sic scripto: acer anhelitus" conjecturam capiat de Propertii versu ita corrigendo: Et labor in magicis aegra piare focis," ut nihil accidit aegri Lucret. V. 172. res aegras Liv. IX. 20, 5. Sil. Ital. VII. 395. aegras noctes VII. 305., quod Barlaeus transtulit in Heroic. IV. p. 646.: nox aegra quietem Surripit et nullum miserae dat flamma soporem." Conf. Censorin. de Die Nat. XXII.: Februum, quidquid piat purgatque" et quem omisit Hemsterhusius in Prop. p. 921., Cloatium ap. Fest. p. 198.: piandi propitiandique caussa," ut Plin. Nat. Hist. XXVIII. 2, 5. p. 223. Vol. IV. Sill.: alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat," quod memoriam affert Persii II. 33.: puerum — spumantibus ore salivis Expiat" (conf. Liv. I. 26. Aurel. Vict. V. III. IV. 4, 9.). Nolo jam plura persequi de Tertull. c. Marc. II. p. 265. A. veniam peccati expiet aut de Ovid. Art. Am. III. 159.: O quantum indulget vestro Natura decori, Quarum sunt multis damna pianda modis" add. Heins. in vers. 234. p. 671. aut Hygino Fab. XXVII.: dixit sterilitatem expiare se posse" hoc est, „piatione numinum avertere" Muncker. p. 76. et Barth. Adv. V. 2. p. 157. conf. Scheffer. in Phaedr. III. 3, 11. p. 170. Valer. Maxim. I. 7, 3.: id expiaturis, si posset averti." Hor. Epod. V. 90. Vet. Schol. Stat. Achill. I. 139. p. 1620.: Piacula expiandis portentis et avertendis imminentibus malis," aut de Senec. Troad. v. 637.: hoc Calchas ait Modo piari posse redituras rates (Senec. Cons. ad Helv. 16. p. 643. Schott.: fuerim nihil amplius dolliturae domus piamentum." Juvenal. VI. 521.: totum — expiat annum") conf. Petron. 105. p. 487.: tutelam navis expiari (p. 488. placare)." Hygin. Fab. CXX. p. 214.: signum expiare;" nam in ipsius Propertii carminibus magna suppeditat dubitandi materia. Et primum quidem, ut exemplis illustrem, quod perbreviter attigit Hertzbergius p. 7., cum verbis eleg. IV. 7, 34.: fracto busta piare cado" comparare attinet et eos locos, quos attulit Burmannus p. 15., Ovid. Fast. V. 425.: Jam tamen exstincto cineri sua dona ferebant Compositique nepos busta piabat avi" Petroniique 137. p. 653. (ubi quod ab altero Burmanno ex Cic. Pis. 7. sumptum est expiare manes, id vacillat propter Valer. Maxim. I. 7. ext. 4.: dextram supplicem sacrificio expiaverat" et Senec. Herc. Oet. 935.: purget has Pluton manus" conf. Prudent. Cathem. VII. 6.) et locum Ovidii Met. XIII. 515.: quae sola levabas Maternos luctus, hostilia busta piasti" et Sil. XV. 10 manes et ubi legitur ossa piare Heins. Advers. I. 16. p. 166. conf. Cort. in Lucan. II. 176. p. 216. Deinde quod idem Hertzbergius scribit p. 7.: quoniam omnia, quae deorum cultui adhibentur, nisi sacro ritu faustisque formulis lustrata profana existimantur et impura: aras — diis dicandas piari antea oportet [Liv. V. 50.]," id perperam dici cum ipsa Propertii oratio docet III. 8, 19.: Inde coronatas ubi ture piaveris aras Luxerit et tota flamma secunda domo, Sit mensae ratio noxque inter pocula currat" tum Silius Italicus IV. 821.: Vos quoque, di patrii, quorum delubra piantur Caedibus Atque coli gaudent formidine matrum" et qui aras, focos placare, exorare (comprecari vid. cap. VII. p. 42.) dixerunt, Seneca, Claudianus, Ovidius et quos praeteriit Burmannus in Met. XV. 574. p. 1061., Attius fragm. Epigon. 8. p. 200.: Nunc pergam, ut suppliciis placans coelitum aras expleam" et Virgilius Aen. VII. 764. et IX. 585.: placabilis ara." Add. Plaut. Asin. III. 1, 3.: Ubi piem pietatem" id

est „colam, custodiam“ Non. Marcell. p. 151, 15. Neque hic omittam, quos supra memoravi p. 42., versus Julii ap. Fest. p. 202.: Tum capita viridi lauro velare imperant Prophetae, sancta ita caste qui piant sacra;“ nec enim dubito, quin in eo loco parant (purant Scalig., Daum. de Causs. Amiss. Radic. Lat. Ling. p. 454. 459. Hemsterh. in Prop. p. 921. Weichert. de Calv. p. 127. not. 30. Mueller. Fest. p. 229. purgant, nisi conjectura me fallit, Albertius in Hesych. I. p. 48. not. 18.) eodem vitio natum sit, quo apud Ovidium Fast. V. 426.: busta piabat“ in Moreti codice parabat conf. Art. Am. III. 234. forma paranda. Havn. pianda; ceterum sic existimo, ut Julio poetae materiam carminis praebuisse eam putem fabulam, quam prodidit Hyginus Fab. CCXLII. p. 351.: Adrastus et Hipponous ejus filius ipsi se in ignem jecerunt ex responso Apollinis,“ prophetas autem dici antistites templi Delphici (conf. Valckenar. in Herod. VII. 111. p. 841. Cang. Gloss. III. p. 440.), qui usu castae arboris (Paschal. Coron. VIII. 14. p. 560. et 11. p. 552. sq. Niclas. in Geopon. XI. 2, 4. p. 790. add. Valckenar. in Eurip. Hipp. 806. p. 250. d. δαφνώδη γύαλα Spanhem. in Callim. Apoll. 1. p. 7. et Del. 90. p. 388. 94. p. 399. sq.) piant sancta sacra (conf. Catull. LXIII. 24.: Ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant.“ LV. 5.: in templo - sacrato.“ Senec. Oedip. 225.: sacrata templa Phoebi.“ Arnob. VII. p. 233.: altaria sancta“) id est sancta templa, adyta — nam errorem Bothii p. 272. hoc commenti: sancta caste qui purant loca videmur confutasse p. 41. sq. —, ἁγνίζουσι τὸν ναόν Joseph. Ant. Jud. XII. 7, 6. T. I. p. 616, 46. Has. Steph. Thes. p. 381. A. Vol. I. Gloss. Labb. p. 2.: ἁγνίζεται. piatur.“ Quid vero dicam de Propertii IV. 9, 24. verbis: Lucus ab umbroso fecerat orbe nemus: Femineae loca clausa deae fontesque piandos Impune et nullis sacra retecta viris“ ab eodem Hertzbergio p. 489. et 7. novo atque inaudito exemplo in hanc explicatis sententiam: fontes piandi sunt, qui sacrificiis adhibentur“? Nimirum is non vidit scribi a poeta loca femineae deae clausa viris et fontes viris piandos (ut v. 55.: Interdicta viris metuenda lege piatur — ara) et sacra nullis viris impune retecta. Nec illud quidem ex vero idem addidit: accusativos loca, fontes, sacra ex communi habendi vel praebendi notione omnibus verbis pariter propria pendere unus Jacob. recte observat“; haec enim quantulacunque laus debetur Bachio Eleg. Rom. p. 222.

Venio ad Propertii locum celebratissimum illum et ad famam Romanarum originum maxime insignem, qui est in eleg. IV. 1, 49.

Si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae
Dixit Aventino rura pianda Remo.

Movenda est enim ac tollenda ea sententia, quae doctorum hominum consensu una frequens ab Hertzbergio p. 401. his probata est rationibus, quas singulas singulatim refellam. Sic igitur ille: Quod vulgo rura ob Remum caesum expiata hic significari opinantur: abominanda potius in hoc loco auspicatissimo caedis fraternae est commemoratio. Neque enim piaculum sceleris pignus aeternae imperii felicitatis dici potuit“. Quae quanto in errore versentur declarat, ut reticeam rem maxime memorabilem ac luculenter contestatam, quam extremae huic disputationi destinavi, auspicatissimus ille locus III. 7, 47.: Te duce vel Jovis arma canam — Celsaque Romanis decerpta palatia tauris Ordiar et caeso moenia firma Remo.“ Conf. Flor. I. 1, 8.: munitionem urbis novae sanguine suo consecravit,“ qui ne ipse quidem id abnuit, quod Ovidius aliique (Schott. in Aurel. Vict. de Vir. Ill. II. 4. p. 51. Gronov. in Minuc. Fel. XXV. p. 251. Duker. in Flor. p. 20., ut mittam Merulam in Enn. p. 201. 220. add. Serv. in Virg. Aen. XI. 603. p. 42. sq. Diodor. Exc. Vatic. p. 6, 16.) affirmant, a Celere caesum fuisse Remum. Declarat etiam ipsa illius judicii audacia aut vanitas, quod, si verum quaeris, nimirum hoc valet, ut vel ipsum Remi nomen usurpatum Propertio sit vitio vertendum ac culpae conf. Serv. in Virg. Aen. I. 276. p. 55.: bene Romulum solum ait dissimulans de parricidio.“ At aliam viam, inquit, patefactam videmus Flori loco I. 1. [6.], de quo vel magnus Salmasius desperaverat: Gemini erant; uter auspicaretur et regeret, adhibuere placula. Auspicii igitur capiendi

caussa antea rura piaverunt. Quod fieri solitum ut alibi legisse me non memini, ita religionum ratio paene postulat. — A Sibylla Romulum et Remum oracula et auspicia petisse unus Propertius indicat. — Quin hoc quoque nos aliquando novum et ex historiis reconditis [quas quidem norunt, credo, iste scriptor libelli de Orig. Gent. Rom. 23, 1. p. 42. et Salmasius Exerc. Plin. p. 11. a. F.] haustum putabamus coloniam a Remo in Aventinum esse deductam; piare enim verbum ad lustrationem et inaugurationem, quam in condendis urbibus numquam veteres omiserunt, referendum esse ducebamus.“ Ut omittam insignem illam, quam vituperandi jam supra cap. III. p. 17. et p. 18. copia fuit, audaciam nova quaeque et inaudita fortiter suscipiendi et affirmandi speciosumque eruditissimi poetae nomen praetexendi: nulla est ratio id, quod caput est — caput autem est augurium in Aventino, si dis placet, expiato a Remo captum — premere atque adeo silentio tegere, extollere autem et graviter pronunciare rem non solum levem et parum ad notitiam pertinentem, sed etiam incertam atque ob id ancipitem, quod illa ruris expiatione non magis augurium capturis opus fuit, quod quidem Hertzbergius sumit, quam, id quod omnes credunt, urbem auspicato condituris. Sed longe gravissimum hoc afferri videtur. Quam enim firmandae suspicioni suae adjungit Flori auctoritatem, eam omnino esse nullam facile persuadere videor. Etenim postquam tot doctorum aciem fefellit litera i, ut alias saepe vid. cap. III. p. 17., ita et hic et in Glossis Labb. p. 138: piago. ἁγνίζω (Germ. cod. Castigg. p. 236. pugno id est purgo Arntzen. in Paneg. Eumen. Constantin. V. 3. p. 361. Reg. purifico, purgo. Barth. pie ago), ubi scribendum est placo (conf. p. 70.: ἐξευμενίζομαι. expio, placo“ ut placare aras supr. p. 58.), in locum literae l suffecta (piacul: placuit conf. Jornand. ap. Salmas. in Flor. l. d. et auct. Orig. Gent. Rom. 23, 1.), cessavit ars interpretantium nec quisquam perspexit locum Flori sic in codicibus consignatum: adhibuere piacula remus montem Aventinum — occupat“ in hunc modum reconcinnandum esse: adhibere placuit artem. Remus — Aventinum occupat“; ars enim „sine ullo epitheto eam artem notat, quam materia subjecta requirit“ Burmann. Misc. Obss. Vol. II. T. I. p. 110., in hoc autem loco: uter auspicaretur et regeret, adhibere artem“ artem auguralem intelligi non magis obscurum est, quam apud Livium I. 36, 3.: negare Attus Navius — novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira regi mota eludensque artem — inquit“ conf. Aurel. Victor. Vir. Jll. VI. 7. Lactant. II. 7, 8. Cic. de Divin. II. 11.: artificiosae divinationis illa genera ponebas, extispicum — tum augurum“ (71.: conjecturam adhibeant.“ 59.: somniumne exspectandum sit an ars adhibenda“). Enn. fr. Telam. 11. p. 62.: non enim sunt ii arte divini.“ Att. fr. Med. 4. p. 212. ac Cic. de Divin. I. 16.: extispicum ars“ conf. Heins. in Tac. Hist. I. 22. p. 734. Ern. Quamquam fortasse erunt, qui coarctata et peranguste referta (placuit agula rem artem remus) a librariis dicant, quae sic dilatanda atque explicanda videantur esse: placuit auguralem artem“. Subnectam jam, quod postremo loco Hertzbergius ait: Aventinum Remum non tantum propter unum hoc augurium, uti interpretes censent, dixerit poeta, quantum quod is mons tamquam proprius Remo in veteribus fabulis assignari solet; sic enim sine dubio existimabant, qui Remoriam in ipso Aventino monte sitam tradiderunt.“ Quasi vero non inchoaverint Passeratius p. 562. et Broukhusius p. 329. Remoriae et agri a Remo possessi mentionem. Quibus ita expeditis satis compertum est falso proditum esse, quod tenent omnes libri: rura pianda Remo“ simile illud Ciceronis verbis, quae interpretes praeterierunt, de Legg. II. 25, 63.: solum frugibus expiatum, ut vivis redderetur.“ Nec difficilis est veri investigatio ac restitutio. Namque constat Remum victorem augurio (quod alii ante excitata novae urbis moenia, alii condita Roma actum narrant Duker. in Flor. I. 6. p. 17. Serv. in Virg. Aen. I. 272. p. 55. et Mythogr. I. 30. p. 11, 14. Jso in Prudent. c. Symmach. II. 395. p. 883.: fabula de vulturibus, quos ibi duo fratres in initio, cum regnare coepissent, de monte Aventino [ut Ennius dicit] volare viderunt“) et regno fraudatum et vita privatum fuisse (conf. auct. Orig. Gent. Rom. 23, 4.: Remus postquam intellexit sese regno fraudatum multa, inquit, in hac urbe

temere sperata atque praesumta felicissime proventura sunt," quae concinunt cum Diodori verbis Exc. Vatic. p. 5, 12. add. Plutarch. Rom. 10. Propert. II. 1, 22.: Regnave prima Remi" et III. 7, 28.: Eductosque pares silvestri ex ubere reges." Prudent. Peristeph. Hymn. II. 426.: sub regnum Remi", ubi Aelius Nebrissensis p. 215.: Remi pro Romuli; nam et ille particeps regni fuit,"). Quae igitur disputatio ad veritatis similitudinem videri potest propensior, quam si quis pugnet commemorasse Propertium de violato Remi jure sive, ut alii loquuntur, imperii jure (Wopkens. in Justin. XXXIX. 1, 9. p. 308. et XXXI. 1, 2. p. 259. sq. Misc. Obss. Nov. T. XI.)? Nihil autem proclivius aut tutius esse mutatione vocum rura et jura docent vel ipsius Propertii libri III. 11, 49.: auro venalia jura. Leid. 1. et Voss. rura. 2, 33.: novem sortitae rura puellae. Vatic. jura. Add. Claudian. Bell. Gild. 61.: Aegyptia rura [ut Lucan. X. 312.] In partem cessere novam. Palat. tura (ut Prop. IV. 1, 129.: versarunt rura juvenci". ed. Reg. cura conf. Burmann. in Virg. Aen. VII. 365. p. 188. I. 9, 3.: venis ad jura. Mentel. tuta). Ambros. Heins. p. 290. jura et v. 641.: tot jura, tot urbes" codd. Heins. p. 322. rura et quos locos attulerunt Burmannus in Nemesian. Ecl. I. 54. p. 473. et Lucan. IX. 129. p. 617. et 249. p. 626. Cortiusque in libr. I. 318. p. 92. Sed expromam id, quo omnes in assensum rapere posse videor. Nam praeclare congruit restituta vox jura rei, quam sacris Romanorum monumentis contestatam docti omnes ex cura omiserunt. Dico autem non illud, quod memoriae prodidit Ovidius Fast. V. 451. 473. sqq. conf. Plutarch. Rom. 10. *ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐν τῇ Ῥεμωρίᾳ θάψας τὸν Ῥῶμον.* Barth. in Prop. p. 403., sed quod in Servii commentariis legimus Virg. Aen. I. 276. p. 55.: Remo interempto — natam constat pestilentiam. Unde consulta oracula dixerunt placandos esse manes fratris extincti, ob quam rem sella curulis, (in — „curuli" Lion.) cum sceptro et corona et ceteris regni insignibus semper juxta sancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare videre(n)tur. Unde est: Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt" et v. 292. p. 58.: post pestilentiam ad placandos fratris manes geminis omnibus usus est Romulus" et VI. 780. p. 403.: Omnino in omnibus hoc egit Remulus, ut cum fratre regnare videretur, ne se reum parricidii judicaret. Unde omnia duplicia habuit, quasi cum fratre communia. Etenim ad captanda auguria montem Palatinum Romulus tenuit, Aventinum Remus, qui prior sex vultures vidit, postea Romulus duodecim. — Orta contentione de urbis nomine inter exercitum a Romuli militibus Remus occisus est." Eadem invenio a Malala sic perscripta Chronogr. VII. p. 172.: *Ἐξότε δὲ ἀπέκτεινε τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀδελφόν, ἐσείετο ἡ πόλις πᾶσα Ῥώμη καὶ ἐγένοντο πόλεμοι ἐμφύλιοι ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Καὶ ἀπελθὼν ὁ αὐτὸς Ῥῶμος εἰς τὸ μαντεῖον ἐπηρώτησε. Διὰ τί γίνεται ἐπὶ τῆς ἐμῆς μόνης βασιλείας ταῦτα; καὶ ἐῤῥήθη αὐτῷ ἐκ τῆς Πυθίας ὅτι Εἰ μὴ συγκαθεσθῇ σοι ὁ σὸς ἀδελφὸς ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ, οὐ μὴ σταθῇ ἡ πόλις σου Ῥώμη οὔτε ἡσυχάσει ὁ δῆμος οὔτε ὁ πόλεμος. Καὶ ποιήσας ἐκ τῆς εἰκόνος τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ ἐκτύπωμα τοῦ προσώπου, ἤτοι χαρακτῆρος, αὐτοῦ, χρυσοῦν στηθάριον, στήλην ἔθηκεν ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ, ἔνθα ἐκάθητο. Καὶ οὕτως ἐβασίλευσε τὸν ὑπόλοιπον χρόνον συγκαθημένου αὐτῷ τοῦ ὁλοχρύσου ἐκτυπώματος τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ Ῥήμου καὶ ἐπαύσατο ὁ σεισμὸς τῆς πόλεως καὶ ἡσύχασεν ἡ δημοτικὴ ταραχή.* Quae eadem in Chronico Alexandrino et apud Cedrenum extare qui adnotavit Chilmeadus p. 539., non magis animum Servii commentariis intendit, quam reliquis scriptoribus ii, qui unum de Servii locis usurparunt, Dempsterus Paralip. Antiq. Rom. I. 10. p. 34. B. et, ut alios praeteream, Niebuhrius Hist. Rom. I. p. 252. Sed superest, quem adjiciam, Glycas Ann. II. p. 266, 15. *ὁ μέντοι Ῥῶμος τὸν Ῥῆμον φονεύσας — καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν στασιάζοντα πρῶτος ἱππικὸν ἀπετέλεσεν — ἀλλὰ καὶ οὕτως ἡ πόλις ἐταράσσετο. Ἐρωτήσας οὖν εἰς τὸ μαντεῖον διὰ τί ἐς τοσοῦτον ἡ πόλις σείεται, ἤκουσεν: εἰ μὴ συγκαθίσει ὁ ἀδελφός σου μετὰ σοῦ, οὐκ ἂν ἡ πόλις ἠρεμήσει. Ἐντύπωμα ποιήσας τοῦ ἀδελφοῦ χρυσοῦν συνεκάθιζε μετ' αὐτοῦ καὶ συνέκρινεν.* Ergo Remi manes placatos juraque eo instituto expiata, quo pariter fratres regnare jam viderentur, Romanum imperium habuit

testes et quasi obsides pacis et firmitatis. Quae res vetustate paene obruta quum transisset doctorum subtilitatem et intentionem, factum est, ut in sententia Virgilii Aen. I. 292.: Aspera tum positis mitescent saecula bellis, Cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt; — Claudentur Belli portae" aperienda valde erraretur. Tantum enim abest ut recte sentiat Heynius Exc. IX. p. 236.: ea poetae mens: temporum antiquorum integritatem et puritatem iri restitutum, qualis illa fuerit, antequam fraternus sanguis in terram defluxerit primumque illud parricidium fuerit commissum" Peerlkampiusque p. 39.: Nunc hoc dicit poeta: tempora Romuli et Remi redibunt. Caedes igitur fraterna et perpetua bella redibunt. Locus est corruptus et conjectura restituendus — hac: Numa cum vate Quiriti," ut jam tandem appareat hoc ab Virgilio significari: expiato civilium armorum scelere eundem fore Romanae reipublicae certum tranquillumque statum, quem sacrae Romanorum literae docent fuisse expiato Remi sanguine ac jure tum, quum secundum oraculum Romulus cum fratre jura daret. De qua re ne ulla relinquetur dubitatio cavit Glycas cum Virgilio vel verbis concinens: 'Ρῶμος — συνεκάθιζε μετ' αὐτοῦ καὶ συνέκρινεν. Oraculum illud autem non Delphis, id quod Malalas narrat, sed a Sibylla petitum fuisse cum res ipsa declarat, tum luculenter docet Propertius eo, de quo quaerimus, loco:

Si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae
Dixit Aventino jura pianda Remo,

ubi sic dictum est dixit pianda jura (duxit cod. Reg.), ut ab Virgilio Aen. VI. 161.: Quem socium exanimem vates, quod corpus humandum Diceret" id est quem socium exanimem, quod corpus vates humari juberet conf. III. 235.: Edico et dira bellum cum gente gerendum" et ab aliis: omnia facienda decrevit vid. Wopkens. in Justin. VI. 1, 2. p. 74. Misc. Obss. Nov. T. X., id quod parum perspexerunt et alii et Heinsius in Ovid. Her. Epist. V. 33. p. 59. conf. in Claudian. Eutrop. I. 161. p. 389. Drakenborch. in Sil. Ital. XIII. 819. p. 685. add. Burmann. Misc. Obss. p. 176. Vol. I. T. II., piare jura autem ut Senec. Med. 614.: Exitu diro temerata ponti Jura piavit conf. Auson. Technopaegn. de Diis p. 481.: Quaeque piat divum perjuria, nocticolor Styx" id est expiat poena indicta, quibus verbis Barthius p. 795. explicat Statii versum Theb. VIII. 30.: Styx perjuria divum Arguit;" nam de Ciris versu 154. infra videbimus. Denique Aventino Remo sic dictum est, ut Liv. XXXIX. 1, 2.: ad continendam — Romanis militarem disciplinam (conf. Ruhnken. in Ovid. Her. Epist. VII. 131. p. 52.) et XXVIII. 25, 14.: ad suam cuique culpam levandam." Drakenborch. in libr. XXI. 53, 2. p. 271. T. VI. Ovid. Fast. IV. 592.: Nec gener hoc nobis more parandus erat." Quae quum ita sint, licet aliqua ex parte adhibere in hac caussa Claudiani illa verba Bell. Gild. 28. cum Propertio collata a Barthio in Claudian. p. 371. sq.: Si mea mansuris meruerunt moenia nasci, Jupiter, auguriis, si stant immota Sibyllae Carmina" et, quae neglexit Hertzbergius p. 400. sq., Sec. Cons. Stil. 166.: haec (Romana ditio) auguriis firmata Sibyllae, Haec sacris animata Numae." Quin etiam ambigi potest illum Propertii locum, quem supra attuli, Eleg. III. 7, 28.: caeso moenia firma Remo" in eamne partem explicari praestet, in quam disserit Martyni-Laguna in Lucan. I. 95. p. 34. conf. Wachsmuth. Antiq. Hist. Rom. Reip. p. 132. add. Flor. I. 1, 8. supra p. 59. posit. et Coripp. Joann. IV. 96.: Roma novos proprio quae sanxit sanguine muros" conf. Mazzucchell. p. 251. sq., an revocari ad Sibyllae responsum de caeso Remo editum (οὐ μὴ σταθῇ ἡ πόλις σου 'Ρώμη Malal. l. d.).

Denique non omittendum est, quod in extrema disputatione posuit Hertzbergius p. 401. sq.: Quodsi amplius quaeras, cur solum Remum hic poeta commemoret, non habeo quo respondeam, nisi quod v. 9. item casam Remi Propertius dicit, quam ceteri omnes scriptores Romuli appellant, tum II. 1, 22. Remi, non Romuli regna initia P. R. et II. 6, 80. signa Remi aquilas Romanas. add. intpp. Catull. 58, 5. Juvenal. X. 73." Res diligentius adnotata a Dempstero Paralip. Antiq.

Rom. I. 1. p. 4., cujus verba repetiit Hofmannus in Orac. Sibyll. V. p. 545., et Crucio in Stat. Silv. p. 90. B. quamquam neglecto Diodoro Sardiano Epigr. VI. 3. Anth. Gr. p. 171. T. II. Τοῖος ἐν Αἰνεάδῃσι Νέρων ἀγὸς ἄστυ Ῥέμοιο Νεῖται, quo usus est Rupertius in Juvenal. p. 566., facilis est ad expediendum. Fuerunt enim Remus Romulusque gemini iidemque urbis et conditores et reges; namque hoc videmur jam satis comprobasse; illud dicunt Manilius IV. 776.: cum fratre Remus hanc condidit urbem“ (quem versum perbelle Jacobus in hanc formam transfudit: Qua genitus Caesarque meus nunc condidit orbem“) et Justinus XXXVIII. 6, 8.: ipsi ferunt conditores suos lupae uberibus alitos“ et quos addit Dempsterus I. d. A. et Strabo V. p. 229. ἀπελθόντες οἴκαδε (Ῥωμύλον καὶ Ῥέμον) κτίσαι τὴν Ῥώμην. Con. Narr. XLVIII. p. 149, 29. Laurent. Lyd. de Mag. I. 3. p. 14. Ῥωμύλος — σὺν τῷ ἀδελφῷ Ῥέμῳ — Ῥώμην ἐδείματο. Malal. VII. p. 171. et quos nunc praetereo conf. supr. p. 60. sq. Itaque in Remi et Romuli mentione idem, quod in Zethi et Amphionis, quos cum illis comparavit Tzetza Exeg. in Il. p. 13, 5. sq., mentione accidit, ut quae utriusque communia essent, ea dicerentur esse alteriusutrius. Quemadmodum enim ab aliis Amphion Thebanorum auctor murorum, ab aliis Zethus dictus est (vid. Theb. Paradox. I. 3. p. 37.) fratrumque commune sepulcrum (Pausan. IX. 17, 3. p. 61. Sieb.) modo Ἀμφίονος μνῆμα (Pausan. I. d. 17, 5. p. 63. Eurip. Suppl. 665. τύμβος Aesch. Sept. c. Theb. 534.), modo μνῆμα τὸ Ζήθου Eurip. Phoen. 145. Cuper. Obss. III. 17. p. 341. sq. — nam omitto et Propertii III. 13, 42. locum: Prata cruentantur Zethi victorque canebat Paeana Amphion“ (quae verba ab Ouwensio Noctt. Hag. III. 17. p. 540. minus recte sic explicata: potuit Propertius vocare prata Zethi, quae prata Zethi et Amphionis proprie erant dicenda“ illustravimus in Theb. Paradox. II. 1. p. 85. sqq. cum aliis, quae non indicavit Hertzbergius p. 337., tum locis Schol. Germanic. Arat. Phaen. p. 50.: alii volunt Zethum et Amphionem esse, ideo unus zonam, alter lyram habet“ et Senecae in pag. 88. 90. positis) et Attii versum ap. Non. Marcell. p. 174, 1. Phoen. fragm. 8. p. 237.: Delubra coelitum, aris sanctitudines“, quem ab Valckenario in Eurip. Phoen. 635. p. 241. correctum in hunc modum: Delubra Zethi, in aris sanctitudines“, ab aliis aliter scriptum (mari sanctitudines Scalig. in Varr. VI. p. 212. arae Lips. Epist. Quaestt. IV. 8. p. 120. coelitum ures, sanctitudines“ Both. p. 237. aras, sanctitudines“ Bergk. de aliquot fragmentis trag. lat. p. 87. Rhen. Mus. 1835.) ad pristinam formam videor revocare hac emendatione, qua nec tutius quidquam est (Barth. in Stat. Theb. V. 644. p. 301. Heins. in Ovid. Fast. I. 245. p. 24.) nec orationi Polynicis e castris in Cadmeam progressi convenientius: Delubra coelitum, arcis sanctitudines“ — quemadmodum igitur pro geminis Thebanis alterutrum nominare scriptores consueverunt, ita quam plerique vocant Romuli casam (Cerd. in Virg. Aen. VIII. 654. p. 257, D. Barth. Adv. XXI. 4. p. 1078. Wouwer. et Erhard. in Petron. fragm. p. 676.), Remi dixit Propertius IV. 1, 9.: Quo gradibus domus ista Remi se sustulit“ et, qui Hertzbergium fugit, Prudentius c. Symmach II. 298.: Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo; Sic tradunt habitasse Remum“ idemque Propertius regna prima Remi II. 1, 22. conf. supr. p. 61., quod in Hymn. II. Peristeph. 426. Prudentius transtulit a nullo adhuc comparatus: En omne sub regnum Remi Mortale concessit genus“, de quo loco quod scribit Barthius Adv. XLI. 15. p. 1845.: metri gratia saepe Remum Romulo scriptores substituunt“ conf. in Stat. Silv. II. 7, 60. p. 257., id ita verum est, si statuas: quum rerum veritas utrumque Romanae urbis conditorem commemorari juberet, saepe hoc metro poetas dedisse, ut alterutrum ponerent nomen. Conf. III. 7, 28.: Eductosque pares silvestri ex ubere reges“, quum apud Iuvenalem XI. 104. sit: Romuleae ferae. add. Anthol. Lat. III. 26, 5. p. 475. Sidon. Apollinar. Carm. II. 119. p. 14. conf. V. 28. sqq. p. 40. sq. Accedit, quod Propertius IV. 6, 80. signa illa a Parthis recepta dixit Remi signa ac Statius Silv. II. 7, 60.: Remi culmina Diodorusque Anth. I. d. ἄστυ Ῥέμοιο, quum apud Prudentium sit Romulea domus Peristeph. Hymn. XIV. 1.: hoc est Roma“ Barth. Adv. IV. 13. p. 182. et II. 312. 413.: urbem Romulam“ et apud Statium Silv. IV. 5, 33.: in omni vertice Romuli.“ Unde

intelligi necesse est non leviter errare, qui „Remi appellationem viliorem altera habitam esse" opinantur Barthius in Stat. Silv. V. 2, 18. p. 449. Vossiusque in Catull. p. 125.: secundarii Quirites — Remi nepotes ad differentiam potentiorum, qui Romulidae dicebantur" et, ut alios omittam, Mitscherlichius in Horat. Carm. I. 35, 25. p. 323. Rupertiusque in Juvenal. X. 73. p. 566. (parum recordati illi et rem cum ex ipsis nominibus Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος manifestam tum a Lydo de Mag. I. 5. p. 18. proditam: τύραννος ἦν ὁ Ῥωμύλος — τὸν ἀδελφὸν ἀνελὼν καὶ τὸν μείζονα et illud dicendi genus, de quo commentati sunt Muretus in Catull. XXX. p. 34. Casaubonus in Pers. I. 87. p. 77. Cortius in Sallust. Hist. fr. I. p. 937. sq. add. Valg. p. 174. sq.). Namque turba Remi Juvenal. l. d. nepotes Catull. LVIII. 5. populus Prudent. c. Symmach. II. 945. plebs Martial. X. 76, 4. idem significat et tantumdem valet ac Romula gens Horat. Carm. IV. 5, 1. et carm. saec. 47. Prudent. c. Symmach. II. 298. et quod Catullus plena accurataque oratione rem complexus dixit XXVIII. 15.: opprobria Romuli Remique conf. Cort. l. d. 3. Barth. in Stat. Achill. I. 61. p. 1603. sq. Auson. Epigr. XXVI. 5.: Remumque et conditorem Romulum." Scit hoc Sarbievius, qui in Lyricis I. 10. p. 20. ed. Vratisl. 1753. scripsit: certus ames Remi Urbemque prolemque", I. 16. p. 31. autem „turba Quirini" et 20. p. 38.: Romuliam pubem." Jgitur prava ductus ratione Js. Vossius Senecae locum Cons. ad Marc. c. 9. sic reparandum censuit ad Catull. l. d.: egregium versum et dignum audivi, qui non e populo Remi: Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest." Ceterum a vero non minus abhorrent ea, quae proposuerunt Lipsius et Gronovius: qui non e populo periret: e Publio exiret. Si quid enim mei est judicii, illae literarum notae: qui inoni (Gronov. Obss. IV. 9. p. 610. conf. Terentian. Maur. 1932. codd. Lennep. p. 439. et Krehl. Priscian. VI. 18, 95. p. 286. in omni. Jnone, Joe. add. Oudendorp. in Frontin. I. 2, 8. p. 35. not. 33. ab Jonibus. Voss. omnibus. Carm. ad Pison. 44.: dura Piso nam id est: tu rapis omnem Theban. Paradox. Coroll. XIX. p. 432.) populo heret (Drakenborch. in Liv. V. 2, 10. p. 26. T. III. conf. Oudendorp. in Apulej. Met. XI. p. 806. et Hildebr. I. 4. p. 26. — nam in Palat. sec. et tert. haec leguntur: non e populo heri et, eri et —) in hunc modum explicandae fuerunt: dignum, qui omni, qui in omni populo haereret", quod recte dictum esse exempla docent collecta ab Gronovio in Epist. X. p. 211. Wopkens. in Septim. Sever. IV. 1. Misc. Obss. Nov. p. 69. T. II. Cort. in Lucan. VIII. 417. p. 335. Markland. in Stat. Silv. II. 6, 3. p. 242. Burmann. in Anthol. Lat. III. 158. p. 605. Cic. in Catil. IV. 10, 22.: memoria tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo — sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit." Verum illuc revertor. Licet enim quae de Remi mentione expedivimus, alio firmare exemplo. Etenim idem Propertius „Pollucis solius mentionem facit in fabula rei ab utroque, Castore et Polluce, factae III. 21, 26.: Potaque Pollucis lympha salubris equo. Sed et uni tribuebatur, quod erat duorum, quum non poetae soli, sed et reliqui scriptores et totus populus Romanus aedem Castori ac Polluci simul dedicatam appellarint aedem Castoris, de qua re Suetonius Caes. 10." Ouwens. Noctt. Hag. l. d. p. 540. conf. Cuper. Obss. l. d. et Duker. in Flor. I. 11, 4. p. 86. et qui diligentissime hanc rem exsequutus est, Oudendorp. in Frontin. I. 11, 8. p. 125. sq. Hildebrand. in Apulej. Met. X. 31. p. 970. Quo accedit, quod geminos Quirinos Juvenalis dixit XI. 105., ut multi Castores, geminum Castorem, geminos Polluces Sitzmann. in Rutil. It. II. 155. p. 54. Oudendorp. l. d. et Symmachus Epist. I. 95.: Polluces gemini — praelii secunda vulgarunt. — Jta quantum gratiae Castores adepti sunt, tantum Principes praestiterunt." Nec illud quidem non attinet commemorari Trojam a Neptuno et Apolline muris cinctam (Arnob. III. p. 123. infra in cap. XI. emend.) nominari nunc Phoebeam (Lucan. IX. 965.), nunc Neptuniam Cerd. in Virg. Aen. III. 3. p. 268. B. Ciofan. in Ovid. Met. XII. 587. p. 849. intpp. Dict. Cret. V. 11. p. 114. atque idem fretum (Auson. Jdyll. X. 287.) nunc Sestiacum pelagus, nunc Abydenum Schrader. in Mus. 26. p. 13.

Superest, ut expromam, quod supra promisi p. 62., de versu Ciris 154. Quem quidem versum a Sillgio p. 229. corruptum magis quam correctum hac emendatione: Non umquam violata manu sacraria divae Urendo infelix nequidquam tura piasses", quam ingeniosam vocat Puetzius p. 13. Adnott. ad Cir. Progr. Colon. 1846., ego videor hac interpretatione tueri simul et illustrare: nec quidquam (Cort. in Sallust. Catil. XX. 2. p. 128. Wakefield. in Lucret. II. 1147. ap. Naek. in Cat. Dir. 33. p. 67. 65. vel nequaquam Drakenborch. in Liv. II. 58, 8. p. 495.) jura piasses id est nullo modo futurum erat, ut pejerares jurando numquam divae sacraria manu abs te violata esse." Fefellit enim doctos homines rarior verbi piandi usus, cujus auctores do Servium in Virg. Aen. II. 140. 131.: Piabunt, expiabunt, et τῶν μέσων est. Nam plerumque et impiare significat." Nonium Marcellum p. 370, 1., quo usus est Gothofredus in Fest. p. 566.,: Piare dicitur impiare, contaminare". Gloss. Labb. p. 138.: Piare. μιαίνειν" et p. 88.: Impio. μιαίνω". Quae res non fugit Isonem ab Prudentio Cathem. Hymn. VII. 73.: sacrato in flumine Veterum piatas lavit errorum notas" piatas notas dici immundas p. 80. interpretatum, quamquam aliter de eo versu sentiendum esse docet vel comparatio Hymn. XII. 165. conf. IX. 33.: hic expiatam fluctibus Plebem marino in transitu Repurgat undis dulcibus" conf. Wopkens. in Justin. XXXII. 1, 3. p. 272. Cort. in Cic. Ep. ad. Fam. XVI. 26. 1. p. 853. Quibus rebus ita deliberatis dubitari potest, an Propertii illum versum, quem supra p. 57. sic restitutum: Et labor in magicis astra piare focis — nam missum facio commentum illud p. 58.: aegra piare — interpretati sumus scriptum esse de placata siderum duritia vel reconciliata Lunae gratia, praestet jam in hanc sententiam accipi, ut piari ea astra dicamus, quae incestantur. Ut apud Claudianum est Bell. Get. 236.: credunt — Thessalidas patriis lunare venenis Incestare jubar" (v. 247.: foedavit sidera") id est contaminare" Barth. p. 323. vid. Heins. in Rapt. Pros. II. 217. p. 751. et Vellej. Paterc. II. 73. p. 419. Nam credebatur a magis et luna nube indui vel in squallorem corrumpi (Cerd. in Virg. Ecl. VIII. 69. p. 159. a. A. C. E. conf. Manil. I. 226. Senec. Med. 789.: facie lurida moesta". 751.: pessimos induta vultus". Hipp. 790.: lumine turbida." Lucan. VI. 502.: Phoebe — diris obsessa venenis Palluit et nigris terrenisque ignibus arsit", ubi accuratius consideratis iis, quae in medium attulerunt Cortius p. 84. ac Ciofanus Burmannusque in Ovid. Met. VII. 208. p. 468., et Corippi versu Joann. IV. 696.: densisque jubar pallescit ab hastis" et eo, qui est apud Ruhnkenium in Ovid. Her. VI. 85. p. 44. „informi pallentem sanguine solem Inficit" suspicari subiit facillima mutatione (Burmann. in Quintilian. Decl. V. 19. p. 122. Cort. in Lucan. V. 628. p. 665. Burmann. in Anth. Lat. VI. 83, 16. p. 562.) reponendum esse: Squalluit, ut apud Ovidium est in Met. II. 381.: Squallidus — genitor Phaethontis, — qualis cum deficit orbi esse solet". Coripp. Joann. V. 459.: Obscuratque diem squallenti lumine Phoebus". Barth. in Stat. Theb. I. 647. p. 212. Heins. Advers. II. 10. p. 286. sq. Senec. Tro. 21.), percuti (Scalig. in Manil. I. 228. p. 36.) et stellae extingui (Apulej. Met. I. p. 39. evelli ibid. p. 17. Quintilian. Decl. X. 15. p. 227. Cerd. l. d. p. 159. b. B.) et sol tenebris abdi (Ovid. Her. VI. 86. Lucan. VI. 466. Apulej. p. 17.: diem tolli". Diss. in Tibull. I. 4, 5. p. 47. conf. Propert. II. 12, 33.: nigros Sol agitabit equos.") aut hoc cogi, ut pallesceret (Ovid. Met. VII. 209. Burmann. in Quintilian. Decl. X. 25. p. 226. et Valer. Flacc. VII. 390. p. 621.). Et haec demum sententia ad id, quod ab ipso Propertio positum fuerat in versu proxime superiori, tantum congruit, quantum inter se discrepant duo illa: fallacia deductae lunae et labor astrorum duritiam exorandi sive deorum veniam magarum ope ex animi sententia implorandi. Quod vere a nobis judicari quo apertius intelligatur, hoc jam disputo suppositam librariorum errore esse istam fallaciam deductae lunae. Quam suppositam arbitror non quod conjunctam mentionem lunae et astrorum aegrius patiar (quamvis pateat differre aliquantum hos locos: Apollon. Rhod. III. 533. Hor. Epod. V. 45. Gonsal. in Petron. 134. p. 234. Burmann. in Sabin. Epist. III. 83. p. 861. Valer. Flacc. VI. 442. Senec. Med. 753.), sed quia non modo hoc vere monuisse videtur Hemsterhusius p. 921.

disputans ille quidem de solo versu 20.: parum commode suae servisset caussae poeta, si sacra, quorum opem implorabat, duriore vocabulo violasset", quale est fallacia, verum etiam aliud quiddam olim hic lectum fuisse et manifesto declarat versus 23.: et sidera et amnes ducere" (conf. Burmann. in Anth. Lat. VI. 93. p. 644. b. et Prop. p. 17. Dissen. in Tibull. I. 2, 46. p. 44.) et arguit id, quod manet in codicibus Menteliano et uno Regio ac Leidensi primo, Heinsiano, Burm. primo, Colbertino et duobus Broukhusii: At vos subductae. Quod tantum abest ut recte statuat Burmannus p. 14.: ortum sine dubio ex fallacia", ut repetendum sit ab eorum cura et fide, qui certum vestigium superesse voluerunt rei aliquanto reconditioris ista translaticia deductae lunae commemoratione (Dempster. Paralip. p. 280. Savar. Sidon. Carm. V. 262. p. 51. Kopp. Palaeogr. III. 74. Valg. p. 294.). Quae quidem res nequaquam ita abdita est, ut lateat. Nemo enim in legendis mss. libris vel leviter versatus ignorat cum his literis: lunae nihil admodum differre vocem limae (vid. Apulej. Met. VI. p. 392.: limae tenuantis". editt. vett. lunae conf. Prop. IV. 5, 13.: lunae. cod. Ask. linguae. 19. Hertzb. p. 447. lūpa): cui si unam adjeceris literulam, ipsum illud jam habes (sic quidem consignatum, ut in Paris. II. et Basil. Naek. p. 101. Valer. Cat. Dir. 67. limfas conf. Meurs. Arnob. I. 3. p. 11.), quod non dubito quin scriptum reliquerit Propertius:

At vos subductae quibus est fallacia lymphae.

Quorum verborum sententia jam olim doctorum hominum fefellit intelligentiam, qui quam magarum potentiam tenerent fere sic monstrari a veteribus poetis solitam esse, ut fluvii barbaro carmine aut sisti ac detineri aut ad fontem revocari dicerentur (Cerd. in Virg. Aen. IV. 489. p. 454. Barth. in Claudian. Rufin. I. 158. p. 1126. a. b. Burmann. in Ovid. Her. VI. 87. p. 78. Burmann. in Anth. Lat. VI. 94. p. 644. et Prop. p. 17. Dissen. in Tibull. I. 2, 46. p. 44. conf. Theb. Parad. Coroll. XXII. p. 445. et quae infra p. 69. adjiciemus), parum recordati sunt nonnullos (in quibus fuisse arbitror Philetam conf. cap. XII.) eatenus a vulgatiore fama recessisse, ut aquas siccatas aut subductas et ubi fuerat amnis, repente herbas positas a magis fuisse fruticesque narrarent. Documento sunt Ovid. Am. III. 7, 32.: Deficiunt laesi carmine fontis aquae — et nullo poma movente fluunt (conf. Cat. Dir. 17.: cadant ramis pendentia mala; Desint et silvis frondes et fontibus humor." Lucan. VI. 474.: Nilum non extulit aestas" conf. Havercamp. in Tertullian. Apol. XL. p. 338. Cang. Gloss. III. p. 1083.). Senec. Med. 755.: Egique ad imum maria" (conf. Stat. Theb. IV. 689. 693.: ex alto fugiat liquor — in operta soli". Virg. Aen. III. 565.: subducta ad Manes — unda". Neron. Troic. ap. Schol. Lucan. III. 260. p. 288. Anth. Lat. III. 8. p. 461.: subductus — Tigris". Plin. Epist. V. 6, 39.: hic fons nascitur simulque subducitur"). Petron. 134. p. 642. Anth. Lat. VI. 93, 15. p. 645.: his ego callens Artibus Idaeos frutices in gurgite sistam Et rursus fluvios in summo vertice ponam". Apulej. Met. I. p. 38.: fontes durare, montes diluere, quem locum cum Lucano VI. 476.: submisso vertice montes Explicuere jugum" a Cortio p. 80. parum apte comparatum nemo aut Statii exemplo explicavit hoc Theb. VI. 701.: cava ferventi durescunt flumina limo" aut illustrando adhibuit Propertii loco illi maxime controverso IV. 5, 12.: Stantia currenti (conf. Dissen. in Tibull. I. 1, 64. p. 25. Peerlkamp. in Hor. Carm. I. 9. p. 51.) diluerentur aqua". In qua eadem elegia v. 11. receptum defensumque est ab Lachmanno p. 363. et Hertzbergio p. 445., quod manifesto damno est et grammaticorum praeceptis (Quippe et, Collinas — moverit herbas, Stantia — diluerentur) et sententiarum ordini ac perspicuitati; nam et ad ea efficienda, quae commemorata sunt v. 5 — 10., herbis videtur opus fuisse nec a quoquam aut dictae sunt aut dici possunt ad montes diluendos valere herbae, nedum Collinae herbae, ad fossam motae et maxime abhorret scrobis a magis fodi soliti mentio, quam Heinsius Adv. I. 2. p. 18. inchoavit; quo enim scrobis illius usus pertinuerit docet Seneca Oed. 550.: Tunc fossa tellus et super rapti rogis Jaciuntur ignes — Vivumque trepidat igne ferali pecus. Vocat inde Manes — et multo specum Saturat cruore" et quos citant Barthius in Stat.

Theb. IV. 451. 454. p. 1088. sq. 1092. et X. 718. p. 1238. intpp. Apul. I, p. 41. Heindorfius in Hor. Sat. I. 8, 26. p. 197. Quibus ego rationibus permoveor, ut a Propertio haec scripta esse arbitrer:

Quippe et collinas ad fossam moverit herbas;
Stantia currenti diluerentur aqua.

Nimirum in his versibus, quos vel Heinsius l. d. dixit conclamatos, ea ipsa inest sententia, quam modo attulimus Petronium complexum esse his: Jdaeos frutices in gurgite sistam Et rursus fluvios in summo vertice ponam"; mirifice enim concinunt primum et Jdaei frutices (quae verba jam intelligitur pessimo instituto a Barthio in Claudian. Rufin. I. 158. p. 1126. mutata esse in hunc modum: Aegaeo frutices in gurgite") collinaeque herbae (Schneid. Rei Rust. Scriptt. p. 144. Vol. IV. P. III. id est herbae, quas colles gignunt sive montes ut Sil. Jtal. III. 420. V. 254. Weichert. Epist. Crit. p. 83. conf. Virg. Aen. IV. 491.: descendere montibus ornos". Sil. Jtal. VIII. 503.: silvis montes nudasse vocatis". Tit. in Nemesian. Ecl. IV. 71. p. 536. sq.) et gurges et fossa (Gloss. Labb. p. 202. χαράδρα. fossa, vallis". Valg. p. 245. sq.); deinde stantia currenti aqua diluta et fluvii in summo vertice positi, quod attigit Peerlkampius in Hor. Carm. I. 29. p. 124. immemor ille Horatii Epod. XVI. 28. et Silii Jtal. V. 253. add. Dausquej. p. 223. Eandemque in partem videntur accipienda esse Valerii Flacci verba VI. 443.: Mutat agros fluviumque vias", quae parum curiose introspexerunt Burmannus in libr. VII. 391. p. 622. ac Cerda in Virg. Ecl. VIII. 99. p. 167. B. („mutatio non alia, opinor, dicitur, quam traductio segetum") et Hildebrandus in Apulej. I. 3. p. 20. („mutat vias id est facit, ut amnes revertantur", qui quidem eodem jure afferre poterat Lucan. VI. 475.: Maeander direxit aquas"). Simillima enim sunt, ut mea opinio fert, Valerii Catonis versibus Dir. 72.: Emanent subito sicca tellure paludes Et metat hic juncos, spicas ubi legimus olim" et iis, quos docte contulit Heinsius Adv. I. 12. p. 129. sq., penes quem eundem — add. not. in Ovid. Met. XI. 591. p. 792. — fides est Quintiliani Declam. XII. 23. p. 265.: Quid evitata procella prodest? quid subducta nubibus inviis classis?" (Gron. nimiis. Burm. nigris) sic a nobis emendati: subducta rupibus inviis ut Curt. V. 15, 18. Verum restat in Valerii Flacci loco aliquid, de quo dubitetur. Postquam enim alii alia proposuerunt: suus alligat ingens Cuncta sopor: ignis (quod idem doctus aliquis in nostro exemplari adscripsit cum reliquis verbis sic conjunctum: ignis Cuncta: sopore colit fessos aetate parentes" cll. Ovid. Met. VII. 215. 253.): igni (Barth. in Stat. Theb. IV. 836. p. 1292.): illi, Wesselingius Probab. XXXI. p. 275. sq. duplicem emendandi rationem iniit: suus alligat ignis Cuncta: super recoquit" ut I. 29.: fluviumque vias suus alligat ignis: Cuncta super recoquit" ut Ovid. Her. VI. 87.: flumina sistit". Equidem utroque consilio praestabiliorem duco hanc mutationem, quam per codices cum aliorum scriptorum tum ipsius Valerii excusatissimam (vid. Burmann. in libr. VII. 624. p. 642. Weichert. Ep. Crit. p. 77.) non vacat pluribus commendare: suus alligat angui Cuncta sopor, ut serpens „incantatus carminibus non modo caerula colla deponere" (Sulpic. Sever. Dial. I. 10, 3. p. 393.) dentemque reprimere (Sil. Jtal. VIII. 499.), sed totus a Medea sopiri dicatur. vid. Valer. Flacc. VIII. 85. sq. Cerd. in Virg. Ecl. VIII. 71. p. 160. et Aen. IV. 486. p. 453. D., quem praeteriit Dissenius in Tibull. I. 8, 19. p. 171. Nec in ejusdem Valerii hoc loco VII. 390. sq.: monstrataque condere vultus Numina, cumque suis averti collibus amnes" non graviter errarunt omnes, quicunque aut explicando aut emendando (Weichert. Ep. Crit. p. 81. sqq.) levare studuerunt difficultates. Quos fefellit usus verbi averti paulo rarior, quem ad Petronii cap. 124. hunc versum: Mitis turba deum terras exosa furentes Deserit atque hominum damnatum avertitur agmen" exemplis illustravit Burmannus p. 591. omisso Boethii versu I. 1.: quam surda (Mors) miseros avertitur aure", quem sic expressit Planudes (Boissonad. in Philostrat. Epist. 62. p. 163. sq.): πόσα δυςτυχέοντας ἀποστρέφετ' οὔασι κωφοῖς. Gloss. Labb. p. 19.: avertor. ἀποστρέφομαι". Quid enim ab poeta, qui per opaca silentia incedentem Medeam inducit (v. 389. 393.: stupet ipsa gravi nox tardior umbra") magis consentaneum fuit addi,

quam hoc: numina vultus condentia avertuntur fluvios montesque? Nunc ad inceptum redeo. Videmur autem satis exposuisse, quae intelligatur subducta lympha — in hoc enim acquiesco; alii fortasse praeferent hocce: seducta lympha tamquam medium et ad utriusque vocis, quae in codicibus invenitur, favorem pariter inclinatum Cort. in Lucan. II. 475. p. 268. sq. et V. 77. p. 575. et VIII. 291. p. 316. conf. Heins. in Ovid. Rem. Am. 346. p. 744. —. Liquet igitur haec a Propertio dici, quae quasi paria sibi respondeant: At vos, quarum „ars est ire contra naturam“ (Quintilian. Declam. X. 15. p. 226.) rerumque statum invertere, ut et astra squaleant et fluvii labi desinant, en agite, certe mentem dominae meae convertite (cujus verbi usum attigit Cerda in Virg. Aen. IV. 479. p. 452. C. add. Cang. Glossar. I. p. 901. Sabin. Ep. 3, 79.)“. Patescit jam singularis error et omnium interpretum, ut Hertzbergii Quaestt. II. 6, 8. p. 120.: h. e. quorum fallacia in luna deducenda jamjamque deducta apparet“ conf. Barth. p. 3.: fallacia pro arte ponitur, cujus ratio latet“ et Dempsteri Paralip. p. 280. C. Cerdaeque in Virg. Ecl. VIII. 69. p. 158. A. ac Freinshemii in Curt. VII. 4, 8. p. 489. ed. Lugd. 1696.: artis magicae ludibrium etiam agnoscit Propertius illo versu, ubi fallaciam dicit lunae deductae recte sentiens magorum carminibus non ipsam lunam sede sua detrahi, sed mortalium oculos vana specie deludi, ut id fieri arbitrentur“ Ouwensiique Noctt. Hag. III. 15. p. 486. et Handii in Gron. Diatr. I. p. 210.: fallacia pro arte fraudulenta.“ Primum enim non magae fallere (Buenemann. in Lactant. V. 19, 31. p. 677. Gaudent. et Gloss. ap. Cang. Glossar. III. p. 1248. et Rathpert. p. 472.) dicuntur, verum ipsae lymphae („per rimas, quas carmine terra egit, subductae“ Lucan. VI. 728. conf. Senec. Thyest. 173.: fluctus — latex avertit sterili deficiens vado“), ut apud Lucanum est V. 464.: Apso gestare carinas Caussa palus, leni quam fallens egerit unda“ et apud alios fallens transitus Gebhard. Crepund. I. 14. ap. Burmann. in Quintilian. I. 5. p. 51. incrementum (Curt. IV. 11, 21.), vita Ruhnk. in Terent. Andr. I. 2, 33. p. 28. vid. Cort. in Lucan. I. d. p. 638. et Burmann. p. 345. conf. Diss. in Tibull. I. 2, 55. p. 48. sq. Peerlkamp. in Virg. Aen. VII. p. 31. Sed Propertii loco simillima sunt verba Lactantii Narr. Fab. I. 10. p. 793.: Jo — a compressore in vaccam est transfigurata, cujus fallaciam Juno cum intellexisset, petit eam a Jove velut munus sibi dari“, ubi fallaciam dici interpretor mutatae puellae, non (ut III. 3. p. 805.) Jovis Junonem decipientis. Add. Propert. II. 25, 35.: Phrygio fallax Maeandria campo Errat et ipsa suas decipit unda vias“, ubi dubitari videtur posse an Propertius simul complexus sit et rem illam pervulgatam, quam enarrarunt Heinsius in Ovid. Her. IX. 55. p. 121. sq. Hofmannus in Orac. Sibyll. V. p. 612. Bochart. Phal. II. 12. p. 96. Hessel. et Oberlin. in Vib. Seq. p. 144., et eam mentionem, cujus auctorem do Nonnum XI. 380. p. 318, 5.: *διὰ γαίης Νειόθι κυμαίνων σκολιὸν ῥόον εἰς φάος ἕλκων Ἑρπύζων δ' ἀΐδηλος ὑπὸ χθόνα λοξὸς ὁδίτης Ὀξὺς ἀναθρώσκων ὑπερίσχεται αὐχένα γαίης Ἐνδόμυχος Μαίανδρος ἄγων ὑποκόλπιον ὕδωρ* et XIII. 563. p. 384, 24.: *οἳ λάχον ἀγκύλον ὕδωρ Εἰς χθόνα δυομένοιο παλιννόστου ποταμοῖο Μαιάνδρου σκολιοῖο διερπύζοντος ἐναύλων,* quocum congruit Theophylactus Simocatta VII. 17. p. 307, 3. conf. Orac. Sibyll. IV. p. 528. Maxim. Tyr. VIII. 8. p. 143. *ἀφίησιν Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον πηγὴ μία, ἣ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νώτου τῆς πόλεως καὖθις ἐκδιδοῖ ἐκ τοῦ ἄστεος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα.* Quae quidem res vel Freinshemium in Curt. VI. 4, 4. de Pausania II. 5, 2. disputantem (conf. Bernhardy. in Dionys. Perieg. 416. p. 629. Ukert. Geogr. Vol. II. P. I. p. 40. sq.) praeteriit. Sed quod de lymphae fallacia dixi, id liquet inde, quod non constat ratio, si quis eas, quarum artem fallacem esse profitetur, et mederi malis suis (v. 21.: dominae mentem convertite“) jubet et pollicetur jam habitum iri vel potentissimas magas (v. 23.: Tunc ego crediderim vobis et sidera et amnes Posse — ducere“). Quippe hac potius oratione opus fuerat: Vos, quibus esse videtur fallacia deductae lunae (libet enim ad praesens retinere, quod melius Quintilianus l. d. sic dixit: quarum ars est“): vos, quarum fraudulenta arte lunam deduci vulgus credit, ego jam crediderim posse ducere.“ Alter autem doctorum hominum error in

eo cernitur, quod nemo perspexit hanc esse verborum constructionem: Vos, quibus labor est subductae lymphae fallacia et astra piare“ id est: quae hoc laboratis, ut lympha subducta fallat et astra pientur“, ut eleg. III. 11, 27.: Jllis munus erant decussa Cydonia ramis Et dare puniceis plena canistra rubis“ (conf. Hertzberg. Quaestt. II. 6, 15. p. 130. vid. Burmann. in Virg. Georg. I. 25. p. 180. 182. Valg. p. 351.) atque Hor. Carm. I. 7, 5.: quibus unum opus est intactae Palladis arces — celebrare“ et Peerlkamp. p. 43. conf. Senec. Hipp. 272.: Meus iste labor est aggredi juvenem ferum Mentemque saevam flectere immanis viri.“ Sulpic. Sever. Dial. I. 13. p. 398.: bovem unum habebat, cujus hic erat totus labor impulsa rotali machina aquam producere.“ Plin. Nat. Hist. XXVI. 11, 72. p. 167. Vol. IV.: lethargicos excitare labor est hoc praestante ex aceto naribus tactis peucedani succo.“ conf. Senec. Hipp. 793.: tu fueras labor“ id est caussa laboris Schulting. in Calpurn. Declam. XI. p. 805. add. Hor. Epod. V. 60. et quae supra p. 56. posuimus. Ergo hic sententiarum ordo ducitur, quo nihil afferri potest evidentius: At vos, quarum ars est naturam sic vertere, ut et lymphae fallant subductae et astra squaleant: si jam mentem dominae penitus converteritis, ego credam vel majora illis miraculis (ita etiam visum est Petronio l. d. p. 644. conf. Senec. Med. 693.: fraude vulgari altiora“) posse efficere, ut et sidera tum retro vertantur (Virg. Aen. IV. 489.: et vertere sidera retro“, quocum a doctis componi oportuerat Petron. l. d.: Quid leviora loquar? — trepidus — furentes Flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe“ conf. Senec. Med. 31. Thyest. 784. Hipp. 676.: versa retro sidera obliquos agant Retorta cursus Tuque (Sol) — lucem merge.“ Ovid. Trist. I. 8, 2.), tum novos agant cursus aut de coelo descendant (de qua re vid. quae supra p. 66. attulimus et Quintilian. Declam. XV. 5. p. 311.: sidera diris agitare carminibus“ ubi Francius male: devocare carminibus“. Apulej. Met. III. p. 200.: turbantur sidera.“ Senec. Herc. Oet. 462. 471.: Nox media solem vidit — Medius coactis ferveat stellis dies.“ Med. 758. (Claudian. R. P. II. 189.): vetitum mare Tetigistis Ursae.“ 769.: Hyadesque nostris cantibus motae labant.“ 674.: Coelum trahentem“ et quos cum hoc versu Badenius p. 454. immemor Heinsii in Ovid. Her. VI. 88. p. 78. add. Coripp. Joann. V. 457.: Aurora — Titana trahens“ contendit, Ovid. Met. VII. 207.: Te quoque, Luna, traho“ et Apulej. Met. I. p. 39.: coelum deponere“ conf. Poenitentiale Ms. Thuanum ap. Cang. Glossar. T. II. P. II. p. 331.: si observasti traditiones paganorum, quas — usque in hos dies patres filiis reliquerunt id est ut elementa, colores, Lunam, solem aut stellarum cursum — restaurare valeres“) et amnes non jam subducantur aut sistantur, ut Quintilian. Declam. X. 15. p. 227.: cum jubentur hiberni fluviorum stare decursus.“ Lucan. VI. 473. Burmann. in Ovid. Her. VI. 87. p. 78. (de quo loco contra Lennepium p. 195. ac Dissenium in Tibull. l. infra cit. faveo Delrio ap. Heins. p. 78. et Broukhusio in Tibull. I. 2, 44. p. 44.), sed supino cursu in colles ascendant (vid. supr. p. 67.) atque in fontes redeant Senec. Med. 762.: Violenta Phasis vertit in fontem vada.“ Apulej. Met. I. p. 17.: amnes agiles reverti.“ Sabin. Epist. III. 87. conf. Naek. in Valer. Cat. Dir. 68. p. 102. sq. Hoc enim est illud: ducere sidera et amnes, quod uberius explicare visum est nobis non sequutis modo, sed exsequutis sententiam Dissenii in Tibull. I. 2, 46. p. 44. Verborum autem constructionem hanc: Vobis crediderim posse ducere“ probarunt ante Hertzbergium Quaestt. II. 6, 19. p. 137. Ouwensius Noctt. Hag. III. 11. p. 439. et Huschkius in Tibull. I. 3, 27. p. 84.

Ceterum alia de magarum arte disserendi copia fiet in cap. XI. Nunc perpendere libet, cujus mihi hic in mentem venit, locum S. Audoëni, qui in vita S. Eligii quum alia ad praecantatorum artem pertinentia perstrinxit tum hoc posuit II. 15. p. 216.: Non quaerantur praecantatores, non divini, non sortilegi, non caragi, nec per fontes aut arbores vel bivios diabolica phylacteria exerceantur.“ De quo loco haec proposuit Cangius Glossar. P. I. p. 567. (vel potius 566.): id est in biviis, nisi legendum sit lucos.“ Quorum alterum bivios, praeterquam quod per bivia in eodem illius vitae loco et in homilia Eligii extat, repudiandum videtur propterea, quod aut intra fontium et arborum

mentionem illius aetatis scriptores steterunt aut addiderunt vel sentes vel saxa et petras vel fana, ut est in Sermone de dedicatione ecclesiae ap. Cang. T. I. p. 830.: omnes ad arbores vel ad fontes vota reddentes.“ Concil. Arelat. II. 23. ap. Cang. T. II. P. I. 342.: si arbores, fontes vel saxa venerentur.“ Concil. Autisiod. can. 3. I. p. 293.: inter sentes aut ad arbores sacrivas vel ad fontes vota exsolvere“ et apud eos, quos attulit Cangius I. p. 293. III. p. 258. 667. II. P. I. p. 479. Lucis autem praestabilius esse duco breves id est magicos characteres Isidor. VIII. 9, 30. p. 270.: sive in praecantationibus sive in characteribus.“ Cang. T. I. p. 945. III. p. 266., quos brevia vocant Philoxenus p. 200.: *φυλακτήριον* — amoletum, brevia“ et alii ap. Cang. I. p. 616., brevicellos Ugutio T. II. P. I. p. 436. Fidem conjecturae nostrae addit Augustinus de Temp. Barb. Serm. 215.: per fontes et arbores et diabolica phylacteria, per characteres.“

Caput XI.

Agdys mons, a quo nomen habet Agdistis dea et Agdistes sive Agdistius, cujus robur aquis veneno infectis sopivit et neurospaston artificio fregit Bacchus. Nana filia Sangarii. Jac mors. Attis quomodo a Cybele defletus sit. Adoreus mons. Sangaerorum vicus. Vitis cantharia. Vecticularii, cuniculari, alia furum genera. Magnae matris lavatio. Magarum est clausas fores reserare, lupos vellere.

Licet jam „ex criticae hujus instituto, non poenitendo, ut spero, errore, deflectere ad id deverticulum“ (Petav. in Themist. Or. XXIII. p. 525.), ut percenseamus Arnobii ea capita, quibus continetur illa Nanae fabula a nobis supra cap. III. p. 21. sq. usurpata; simul ut intelligatur, in quam corrupto libro quam leviter atque imperite versatus sit novissimus editor. Faciam id autem quam maximo orationis compendio, ne hic me increpet Geelius (in Eurip. Phoen. 828. p. 150.) doctrinae fontes exhaurientem.

In quinto libro igitur p. 158. cap. 5. haec leguntur: In Phrygiae finibus inauditae per omnia vastitatis petra — est quaedam, cui nomen est Agdus.“ Quod nomen recte ita scribi credunt cum omnes Arnobii editores tum Munckerus in Hygin. Fab. 153. p. 266. et Siebelisius in Pausan. I. 4, 5. p. 20. et qui graecis literis his: *Ἀγδοῦς* usi sunt, Bochartus de Aeneae in Italiam adventu p. 16. et Bielius in Hesych. I. p. 82. not. 5. Ambigit Reinesius Var. Lectt. III. 17. p. 637. hanc dubitandi rationem ingressus: Videtur de petra, quam indigenae Agdum appellabant, intelligi velle Isidorus verba in Glossis posita: Agadir, lapis; ex ea enim lapides sumsere Deucalion et Pyrrha —; ita igitur Agdir, Agadir vel si veram scripturam in Arnobio habemus, Agdus lapis est itemque Dea culta in simulacro lapidis grandis nigri e Phrygia Romam transvecto.“ Ego non dubito, quin nomen illud fuerit Agdys, et p. 161. cap. 9.: in summo Agdi vertice“ corrigendum sit Agdys conf. Conr. Schneid. Lat. Gramm. II. 1. p. 180. Nam et Hesychii verba p. 40.: *Ἄγδους* (Meurs. Cret. III. 15. p. 257. *ἄγδος*)· *ἄγγος Κρητικόν* secundum codicis fidem, in quo esse *ἄγδυς* testis est Schowius p. 7., sic reformanda sunt: *Ἄγδυς· ἄγκος* (Suid. I. p. 57, 15. *ἄγκος· ὑψηλὸς τοῦ ὄρους τόπος* conf. Wernick. in Tryphiod. 537. p. 426. Lobeck. Soph. Aj. p. 348.) et Pausaniae locum I. 4, 5., in quo restituendo et alii et Westermannus ap. Schubart. p. 22. frustra laborarunt, hoc supplemento par est reparari: *Πεσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἄγδ[υν ἱερὰν τῇ Ἀγδ]ίστει, ἔνθα καὶ τὸν Ἄττιν τεθάφθαι λέγουσιν;* eo enim dirigit consensus codicum vocem illam praebentium hoc accentu: *Ἀγδίστιν* insignem. Nolo jam pluribus disputare eandemne rupem dicat Stephanus Byzantius p. 231, 6.: *Πεσινοῦς — τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς ῥεούσης τοῦ λόφου τοῦ ἐν τῷ ἐτάφη Μαρσύας* (Schol. Apollon. Rhod. I. 985. p. 80. *Δίνδυμον — διὰ τὸ δύο μαστοὺς ἀνήκειν — ἢ διὰ τὸ δύο ἐξοχὰς ἔχειν*), de quo loco parum recte sentit, ut omittam Bochartum Phal. I. 3. p. 17. C. et Salmasium Exerc. Plin. p. 581. a. B., Meinekius p. 519. (*στήλης πεσούσης* vel *πήγης ῥεούσης*). Zoegis quidem (Bassiril.

Antich. T. I. p. 88.) ego arbitror satis probatum iri hanc emendandi rationem: *ἀπὸ ἰδέας Ῥέας, οὔσης τοῦ πάγου — Μαρσάρης,* qua et et vox *ἰδέα* restituitur (Poll. I. 7. p. 7.: *ἀγάλματα, ξόανα, ἕδη θεῶν, — ἰδέαι)* et in locum Marsyae, quem ab Cybele amatum fuisse non ignoro (Klausen. de Aen. et Penatt. p. 853.), sufficitur *Μασάρης*, (*Μάρσαρις* Steph. Byz. codd. Rehd. Voss. conf. Pausan. VII. 17, 10. cod. Mosq. *Περσυνοῦντα),* quod supra p. 52. attigimus. Quod restat, pro certo affirmo matrem deorum (quae Agestis, Angistis a Mosero in Nonn. p. 230., ab aliis aliter vocatur) Agdistin, Jovis illum filium appellatum fuisse Agdisten (Arnob. cod. cap. 5. 7. Acdestis. cap. 6. Agdestis. cap. 7. Acdestius, de quo infra dicemus. Pausan. VII. 17, 5. cod. Vindob. prim. et Lugd. sec. p. 585. not. 62. p. 586. not. 69. *Ἀγδίστιν* id est *Ἀγδίστην*, ut est in Lugd. primo not. 62. et 71. conf. *Ἀγδίσταν* Mosq. not. 69.), quod recepit Natalis Com. Myth. IV. 3. p. 295.: quem postea Agdisten appellarunt" et IX. 5. p. 967. Idemque nomen manet in inscriptione ap. Pocock. Inscr. Ant. p. 12.: *ΑΝΓΔΙΣΤΕΩ ΔΑΙΜΟΝΟΣ*, quod perperam a Leakio in Asia Minore p. 157. not. sic consignatum: *ΑΝΓΔΙΣΤΕΩΣ* parum attendit Klausenius de Aen. et Penatt. p. 24. not. 85. Quare ubi nunc apud Arnobium est: Tibi, Agdesti, haec habe" p. 159. cap. 7., repono Agdiste (Priscian. VII. 2, 8. p. 294. sq. Conr. Schneid. Gramm. Lat. II. 1. p. 33. 42.) et cap. 6. 7. 16. pro Agdesti Acdiste (Schneid. I. d. p. 34.). Verum his ita expositis profecisse videmur etiam ad emendandum locum libelli de Fluv. VIII. 3. p. 454.: *Αἰγέσθιος ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Διοσφόρου* (Wyttenbach.: *τοῦ Διὸς καὶ τῆς Θεσμοφόρου* vel *Διὸς κανηφόρου) κόρης Ἴδης ἐρασθείς,* ubi certus sum qui scribam *Ἀγδίστιος ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Διὸς σπόρου.* vid. Pausan. I. d. *Δία — ἀφιέναι σπέρμα εἰς γῆν..* Arnob. p. 158. conf. Gloss. Labb. p. 172.: *σπόρος.* semen." Foes. Lex. Hippocr. in Steph. Thes. VII. p. 618. sq.; Agdistius (cod. Arnob. cap. 7. Acdestio) autem, ut *Μενέσθης, Μενέσθιος* Tzetz. in Homerica sua p. 83. et quae contulimus Theb. Paradox. II. 3. p. 122. Etiam hoc adjiciam in eodem libello XII. 3. p. 452. *Μηδησιγίστης* revocandum esse ad hanc formam: *Μηδεσικάστης* (Heyn. in Apollodor. III. 12, 3. p. 754.), ut fallatur Boissonadius in Steph. Thes. p. 964. A. Vol. IV. Ceterum dubitari potest, an praestet scribi *Ἄγδυστις, Ἀγδύτης,* (Arnob. cod. cap. Acdetis) et *Ἀγδύστης,* ut *Ἀσβύτης*, de quo commemoravit Lobeckius Pathol. IV. 8. p. 387. immemor Salmasii Exerc. Plin. p. 270. b. A. B., et *Ἀσβύστης* (Steph. Byz. p. 58, 15. *Ἀσβύστα πόλις Λιβύης καὶ ὁ πολίτης Ἀσβύστης,* de quo loco cum Meinekii sententia: om. acc. Rehd. — Urbi quoque nomen *Ἀσβύσται* fuisse conjicio" ita meum judicium discrepat, ut vocem *πόλις* geminandam esse existimem: *Ἀσβυστάπολις, πόλις Λιβύης).* Quamquam et codices omnes atque inscriptio non modo ea, de qua supra diximus, sed etiam quae ex Muratorii Nov. Thes. Inscr. T. I. p. XXXI. et Sponii Misc. Erud. Ant. p. 97. transscripta est a Reiffio in Artemidor. I. 73. p. 285. et Klausenio I. d., vocalem *ι* tenent et „in nomine *Μεγανίτης* Pausan. VII. 23, 5. nullum tot codicum ypsilon substituere" adnotavit Lobeckius I. d. p. 386. not. 11.

Ead. pag.: (nascitur — Agdistes). Huic robur invictum et ferocitas animi fuerat intractabilis, insana et furialis libido ex utroque sexu, vi capta divastare, disperdere, immanitas quo animi duxerat." Cod. et ex utraque sexu. Meurs. ex utroque sexus. Herald. et ex utero quippe saxi vi apta devastare. Orell. libido ex utraque sexus vi rapta. Hildebr. p. 417. et ex utroque sexu, vi rapta disperdere. Aliquanto consideratius ab Arntzenio in Aurel. Vict. de Vir. Ill. II. 3. p. 54. video sic scripta ea verba: et ex utroque sexu vi rapta devastare. Quamquam ne hic quidem perspexit hac mutatione opus esse: vi, raptu divastare, disperdere" (Gloss. Labb. p. 155.: Raptus, stuprum, *βία*". p. 59.: divasto, *ἐκπορθῶ.*" p. 55.: devasto, *λυμαίνομαι, ἐκπορθῶ*" conf. Arnob. p. 163. cap. 10.: obvia quaeque vastabat incursans"), universum locum autem hoc verborum ordine contineri: et ex utroque sexu — (huic fuerat) divastare, disperdere —, non deos curare" vid. Gronov. Obss. IV. 8. p. 603. sq. et quos addit Burmannus in Anth. Lat. I. 178, 82.

p. 155. Hertzberg. in Propert. III. 3, 41. p. 263. Add. quae supra p. 69. diximus. — Ead. pag.: nec praeter se quidquam potentius credere; terras coelum et sidera contemnere." Hildebr. p. 418. conterere [conf. Oudendorp. in Sueton. Tib. 66. p. 483. not. 3.]. cod. continere. Quod verum est. vid. Cort. in Lucan. I. 110. p. 39. Barth. in Rutil. Jt. I. 57. p. 24. conf. Heins. in Ovid. Art. Am. I. 47. p. 543. Ovid. Fast. IV. 94.: Perque suos initus continet omne genus." Hoc autem dicit Arnobius: Agdistes credit nihil praeter se potentius — sidera continere" id est ad continenda sidera credit nihil esse potentius praeter semet ipsum; nam errare Ursinum et Rigaltium, qui prae se correxerunt, docet Justinus XXIII. 2, 6.: regali instrumento, quo praeter illum nemo regum ditior fuit." Livinej. in Eumen. Grat. Act. III. 1. p. 427. Arntzen. in Aurel. Vict. Orig. Gent. Rom. VI. 2. p. 13. sq., quae fefellerunt Hildebrandum in Apulej. Met. IV. 13. p. 249. — Ead. pag. cap. 6.: fontem — validissima succendit vi meri." Elmenh. validissimi. nequidquam vid. p. 163. sq. cap. 11.: aquarum innoxias puritates multa sauciantem vi meri." Eadem arte Bacchus Nicaeam Nympham cepit et Silenum Midas Klausen. de Aen. et Penatt. p. 113. 124. De Mida add. Max. Tyr. XI. p. 187. Himer. Ecl. XVI. p. 254. Cerd. in Virg. Ecl. VI. 15. p. 113. a. E. Jacobs. in Philostr. Jmagg. I. 22. Comm. p. 340. in p. 35, 21. Similia de Fauno et Martio Pico Arnobius V. p. 155. cap. 1. 2. et de Scylla Bod. in Mythogr. I. 3. Obss. p. 170. nec omnino aliena sunt, quae contulerunt Freinshemius in Flor. II. 20, 7. p. 425. et Tennulius in Frontin. III. 7, 6. p. 350. — Ead. pag.: adducente nexus planta suis ipse se viribus eo, quo fuerat, privat sexu." Ursin. quo vir fuerat; nam Hildebrandum silentio transmitto ut saepe alias ita hic obscenissima quaeque consectatum. Cod. quod fuerat", quod dubito an sit: quo defuruerat vid. Salmas. in Tertullian. de Pall. p. 116. Barth. in Claudian. Eutrop. I. 25. p. 1343. conf. Advers. XVII. 17. p. 884., quem praeteriit Hildebrandus in Apulej. Met. III. 8. p. 164. et IV. 7. p. 229. et in Arnob. 1. 39. p. 62. add. Arntzen. in Eumen. Paneg. XVI. 9. p. 398. et Mamertin. Grat. Act. IV. 4. p. 665. Ammian. Marcell. XXXI. 5, 12.: quid potestas Martia de habitu prudentiae valeat." Quae autem fuerit ea planta, dicemus ad p. 164. cap. 11. — Jbid.: cum discidio partium sanguis fluit." Lindan. in Hesych. I. p. 1172. (Orell. p. 274.): discidio patrum, quod jure improbavit Albertius. — Jbid.: rapiuntur haec terra, malum repente cum pomis ex his punicum nascitur." Meurs. Orell. malus — punica: nam Hildebrandi p. 419. sententiam ea ipsa de caussa, quam modo attuli, omitti praestat. Cod. malum repentẽ tecũ pomis", unde non dubie profici videtur ad hanç emendationem: terra malum repentine (Buenemann. in Lactant. Jnst. I. 11, 55. p. 80.) tectam pomis nanciscitur conf. p. 164. cap. 12.: oneratos fudit balaustiis ramos et in puncti spatio poma extulit mitia." Similiter Lactantius Narr. Fab. VII. 2. p. 835.: oleam oneratam baccis." Plenam arborem dicit Seneca Thyest. 69. et auctor Aetnae v. 80.: Sollicitant malo te siccum, Tantale, plena Sollicitantque siti"; sic enim eum versum emendare mihi visum est non immemori Scholiastae Lucan. VI. 553. p. 479. et Cortii p. 95., qui famelicos et jejunos siccos dici docuerunt conf. Havercamp. Tertull. Apol. 40. p. 350. Senec. Thyest. 137.: Sicci progenies impia Tantali." — Jbid.: cujus Nana speciem contemplata regis Sangarii vel fluminis filia." Salmas. Exerc. Plin. p. 618. b. E. Nava (quod calami errore ita consignatum credo Orellio conf. Liv. II. 11, 9.: ab Naevia. Voss. sec. Naenia. Valg. p. 507.). Cod. nata, sed in eodem p. 164. cap. 13. (quo loco usus est Gevartius in Stat. Silv. III. 4. p. 373. B.) extat Nana, quod verum esse supra p. 22. evicimus. Ejusdemmodi et alia nomina reperiuntur et illud est Nannus Simson. Chron. A. M. 3406. p. 583. Hildebrandus quidem hic de Nicaea nympha parum circumspecte loquutus ea attulit p. 419., quae accuratius exposuerunt Holstenius in Steph. Byz. p. 223. Eckhelius Doctr. Numm. P. I. Vol. II. p. 424. 425. b. Klausenius de Aen. et Penatt. p. 110. not. 286. Jdem retinuit, quod in codice est, Sangari non firmatum testimonio Asclepiadis ap. Schol. Apollon. Rhod. II. 722. p. 184. *Μυρλεανὸς Σάγγαρον αὐτὸν λέγεσθαί φησιν,* quod attigerunt Salmasius l. d. F. Hesselius in Vib. Seq. p. 186. Staverenius in Hygin. Poet. Astr. II. 14. p. 451. Creuzerus Fragm. Hist. p. 173. sq. Vid. Meinek. Steph. Byz. p. 649. Theban.

Parad. II. 3. p. 129. add. Miller. in Marcian. p. 124. et Tittmann. ap. L. Dindorf. Steph. Thes. p. 13. D. Vol. VII. Quamquam ut Sangarii praeoptem facit ea res, quod in eodem codice est paulo inferius scriptum: exponi sanguinarius praecipit (conf. Plin. VI. 1. p. 371. cod. Rigalt. Sagiarius). Quod ipsum vocabulum — mira fides — in verborum perpetuitatem intulit Hildebrandus p. 420. Scilicet egregie criticam factitari jam censebimus, si quis apud Ciceronem Tusc. V. 39, 113.: „Eretricum philosophum“ prodere instituerit id, quod est in Vindob. 98., haereticum et apud Philonem de Cherub. p. 68. T. II. ἐριστικοὺς illud codicis Augustani αἱρετικοὺς add. Lobeck. Aglaoph. p. 525. et apud Psellum de Op. Daem. p. 3. μυθολογίας cod. A. ἀτοπολογίας et p. 2. Ἀλκινόου cod. A. ἐλεεινόου ecclesiamque pro ecloga apud Sueton. Ner. XLII. p. 719. Oud. et canonicum pro Gaunico Frontin. II. 4, 7. p. 219. et Sanctum pro Xantho apud Martialem VIII. 21, 7. cod. Voss. aliosque ap. Burmann. in Anth. Lat. I. 89, 43. p. 72. sq. ac conscientiam pro Consentia apud Liv. VIII. 24, 4. p. 212. Drak. et de quo dicemus infra p. 80. in cap. 18., mariam. Et poterit jam idem apud Servium in Virg. Ecl. I. 58. p. 102.: „Cicero in elegia, quae Talemastis inscribitur.“ cod. Vatic. 1510. (1511. Talia masta.) et Pal. 1646. Talamasta, (quo Heinsii conjecturam illam Thalia moesta firmari dicit Prellerus in Bergk. Ephem. Philol. 1848. p. 322.) restituere: Talamasca Cang. Glossar. III. p. 1055. Nos quidem quod judicium sequamur, exposuimus Valg. p. 264. nec addidimus videri illum versum spectare ad insulam Columbariam (Klaus. Aen. p. 488. Boch. II. Hieroz. I. 9. p. 56.), quam a Grotio confusam esse cum Colubraria, quae in Pityusis numeratur (Cellar. Geogr. Ant. II. 1, 133. p. 127.), non vidit Koppius in Martiani Capellae (VI. 644. p. 527. a.) eum locum, quem sic emendandum esse: „Capreae — Aenaria et Telonea“ obtinuimus disputatione instituta illa de Statii Silv. V. 3, 129.: „Aenaria inde suum longo probat ordine vitae, Maeoniden Asiae quales natalibus urbes Diripiunt“ vid. Subsic. cap. IV. Schneidew. Philol. p. 729. sq. 732. Verum praestat quam istam temeritatem scribendi pluribus exsequi hoc adjicere nomen ab Virgilio Aen. IX. 575. usurpatum: Sagaris videri non a σάγαρις duci, quae sententia est Koenii in Gregor. Corinth. p. 507., sed a fluvio (Klaus. Aen. p. 453.), ut Κάϊκος Meinek. Conj. in Anth. p. 154. aliaque ap. Wesseling. Prob. III. p. 26. Keil. Onomatol. Gr. p. 87. Theb. Paradox. II. 3. p. 133. sq. — Jbid.: „Pomis atque aliis pabulis deum sustentatur a matre.“ al. bacculis. cod. tabulis. Agnoscere videor id vitii genus, de quo commentati sumus Electt. Critt. p. 3. sq.: tabulis, cabulis: baculis, ut II. p. 153. cap. 21. cod.: „ex ramis agrestibus baculae“ (Drakenborch. in Sil. Jtal. VIII. 134. p. 403.) conf. cap. 13. p. 164.: „glandibus atque ficis alebat Berecyntia relegatam.“ — Jbid.: „nescio quis sumit Phorbas, lacte alit hircino.“ al. format. Meurs. sumit, fovet. cod. formas. Quare improbo commentum Bocharti I. Hieroz. II. 54. p. 647, 12.: „formis lactis alit hirquini“ vid. Klausen. de Aen. et Penatt. p. 35. not. 125., quem supra jam laudavimus p. 22., assentior Salmasio Plin. Exerc. p. 37. a. E. et p. 284. a. C. — Jbid.: „hunc unice mater deum — diligebat, et Agdestis blandus adulto comes et qua solum poterat, mimus rectis assentationibus vinctus, saltuosa ducens per nemora.“ al. minus tectis. al. mitibus. al. poterat amans tectis. al. amans imitus. al. diligebat. Diligebat et Acdestis — solum poterat, minus tectis. al. poterat tactibus, assentationibus victum. al. eminus tectis assentationibus junctus. In hoc loco, dum alter alterius exemplo ducitur, docti homines erraverunt tota re. Quum enim in codice extet comis (conf. Gloss. Labb. p. 33.: „comis, κόσμιος, συνέκδημος“ id est comis, κόσμιος. comes, συνέκδημος), liquet Arnobii orationem sic reconcinnandam esse: „Agdistes blandus adulto (ut p. 165. cap. 13.: „in adulti corpore“), comis, sequax“ (Savar. in Sidon. Apollinar. Epist. VII. 17. p. 477. conf. Cang. Gloss. III. p. 816.). Proxima autem sic reficio: „se illi imputarat“; nam si quis alteri se jactat ac commendat eumque sibi obligat, is alteri se imputare dicitur vid. Wopkens. in Pacat. 34. p. 448. (Jaeg.) et Arntzen. in Eumen. Grat. Act. III. 1. p. 425. Deinde certus sum, qui negem hic assentationibus locum esse, sed affectationibus (Muncker.

in Fulgent. III. 4. p. 710.) venatus, quas Timotheus, ut ego arbitror, dixerat *τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν κυνηγεσίων* Xenoph. de Venat. II. 2. Conf. Gloss. Philox. p. 77.: *Ἐπιτηδεύματα*. Adinventiones. *Ἐπιτήδευσις*. Affectatio." Barth. Advers. XII. 7. p. 679. et in Stat. Theb. I. 132. p. 41. Muncker. l. d. Itaque hanc affirmo fuisse veram et antiquam universi loci formam: hunc unice mater deum — diligebat, et Acdistes blandus adulto, comis, sequax se illi imputarat, minus rectis affectationibus venatus saltuosa ducens per nemora." Ceterum quid in codice legatur et alias saepe, ut infra videbimus, et hic latet per „Hildebrandi plusquam negligentiam" (Lachmann. in Lucret. III. 1014. p. 204.); quare id, quod in codice extare ait Orellius p. 276.: minus rectis, sua sede non molior, quum et alia animo succurrerint et hoc: imputarat nimis, tectis. — Cap. 7.: Tunc Pessinuntius rex Midas — matrimonio ejus suam filiam destinat ac ne scaevus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, fecit oppidum claudi." Hildebr. fecit is oppidum. Cod. fecisse. In quo delitescit: vitiose, quod praeclare concinit cum voce scaevus: ne scaevus aliquis nuptialia interrumperet gaudia vitiose." Nam cavendum sibi putaverat Midas (de quo rege vid. Vales. in Ammian. Marcell. XXII. 9, 7. p. 474.), ne nuptialia vota celebrarentur vitiose (p. 165. cap. 12)., quemadmodum legimus: diem vitiosum, comitia vitiosa, leges vitiose ferri" conf. Hotting. in Cic. de Divin. I. 16. p. 43. — Ibid.: Conclamant exterriti adorandorum Phryges." Salmas. Plin. Exerc. p. 232. sq.: exterriti ad horam. Ursin. ad ora deorum. Meurs. ad ora amborum. Elmenh. ad Dorium. Stewech. adorandorum. al. ad ora tantorum; de Hildebrandi commento: conclamant — ad horam torvum" prope piget commemorare. Cod. adorandorum. Unde facile elicere videor, quod liqueat. Qui enim accuratiorem intenderit considerationem in eum, quo ille Arnobii codex exaratus esse videatur, scribendi modum: non dubie agnoscet idem vocabulum dupliciter consignatum adoran et adorum. Jam quod ipsa codicis memoria monet ut restituatur: adorum, idem requirit institutae narrationis ordo; adjiciendum enim fuit — nec id fugit Ursinum aut Meursium — „ipsis mater ingressa cum moenibus" (cap. 13. p. 165.) quid effecerit. De qua re sic existimandum est. Phryges ubi Cybelen conspexerunt muris Pessinuntis urbis capite sublevatis horrendam, simul Agdista ad furorem instigante, conclamant exterriti Adoreum. Ex Adoreo monte enim profluere Sangarium fluvium prodidit Livius XXXVIII. 18, 8., quem locum qui attigerunt Petavius in Themist. XXIV. p. 531. Cellarius Geogr. Ant. III. 8, 16. p. 249. et 4, 99. p. 149. Harduinus in Plin. VI. 1. p. 526. Vol. II. Oberlinus in Vib. Seq. p. 188., non suspicati sunt eundem montem a Gregorio Nysseno I, p. 909. A. *τὸ τῶν Σαγγαγῶν ὄρος τὸ πρὸς τοῖς ὁρίοις τῶν Βιθυνῶν κείμενον* (Has. in Steph. Thes. p. 14. a. Vol. IV. *τοῦ Σαγγάρου*, qui scribere debuit *τῶν Σαγγαρέων* conf. Schol. Dionys. Perieg. 820. p. 360, 20.) dici *τὸ τῶν Σαγγιαίων ὄρος*; nam apud Strabonem est XII. p. 543.: *ἔχει δὲ (ὁ Σαγγάριος) τὰς πηγὰς κατὰ Σαγγίαν κώμην ἀφ᾽ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντά που σταδίων οὗτος Πεσσινοῦντος* et Eustath. in Dionys. Perieg. 809. p. 256, 5.: *αἱ πηγαὶ περί τινα λέγονται εἶναι κώμην Σαγγίαν καλουμένην*; patet enim a *Σαγγία* fieri *Σαγγιαῖοι*, ut ab *Ἀρδία Ἀρδιαῖοι* Holsten. in Steph. Byz. p. 284. a. Maasvic. in Polyaen. IV. 12. p. 418. Nisi forte quis auctoritati latini interpretis: Sangaeorum montem" hoc dat, ut et *Σαγγαίαν κώμην* (appellatam illam ab Sanga Schol. Apollon. Rhod. l. d. Etym. Magn. p. 717, 20.) et *Σαγγαίους* (*Σαγγαῖος* Arrhian. Exp. Alex. IV. 22, 12.), ut Vardaeos (Oudendorp. in Iul. q. ObseLXXXIV. p. 89. conf. Lobeck. in Phryn. p. 552.), rectius dici statuat. Ergo „Adoreum conclamarunt exterriti convivae Phryges", ut apud Virgilium Aen. IX. 424.: tum vero exterritus amens Conclamat Nisus" et Lactantium Narr. Fab. IV. 12. p. 813.: tibiarum et tympanorum sonitu exterritae sunt"). Quae verba aut in eam sententiam explicanda suut, in qua Martialis posuit IX. 45, 5.: conclamata querelis Saxa" aut paria et gemina sunt Apuleji verbis Met. III. p. 228.: conclamatis latronibus profugit territus," quam dicendi insolentiam Oudendorpius uno dumtaxat loco Senecae Epist. XVII. 3.: cum aliqua vis conclamata est" illustravit.

Conf. Tacit. Hist. III. 29.: manu ac voce capta castra conclamavit.“ Caes. Bell. Gall. V. 37, 3.: victoriam conclamant“ et illud: lupum proclamare ap. Cang. Glossar. T. II. P. II. p. 334. Verum majore conatu opus est ad restituendam universi loci integritatem. Etenim verba haec: conclamant — Phryges, mammas sibi demetit Galli filia pellicis, rapit Attis fistulam“ vitiose scripta esse vel inde perspicitur, quod praeterita ab Arnobio est ea res, quae in hac caussa longe gravissima nec potuit ullo pacto omitti et tradita est non solum ab Pausania VII. 17, 5.: ἀπέκοψε δὲ (τὰ αἰδοῖα) καὶ ὁ τὴν θυγατέρα αὐτῷ διδούς conf. Klausen. de Aen. et Penatt. p. 114. not. 296., sed ab ipso Arnobio p. 165. cap. 13.: Quid amiserat Gallus, quid pellicis filia, ut ille se virum, haec mammarum honestatem privaret“ conf. Steph. Byz. p. 88, 37.: Γάλλος ποταμὸς Φρυγίας· οἱ περίοικοι κατὰ μὲν Τιμόθεον Ποταμογαλλῖται — καὶ ὅτι τὸν Γάλλον καὶ τὸν Ἄττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα (qui fortasse eundem Timotheum, quem Arnobius, auctorem sequutus est, quamquam aliter sentire videtur Meinekius in Steph. Byz. p. 198.). Accedit, quod verba illa: Galli filia pellicis perobscura sunt adeoque perplexa, ut vel hac interpretatione docti homines acquieverint: Fest.: pellices — non solum feminae, sed etiam viri. Sermo est de filia incerti cujusdam Galli i. e. sacerdotis Cybeles.“ Orell. p. 278. sq. Cujus interpretationis vanitatem piget coarguere; ceterum miror illos non descendisse ad hanc emendationem: filia baceli (conf. Lobeck. in Phryn. p. 272. sq. Jacobs. in Anth. Pal. p. 399.). At dignum memoratu consilium Delechampii, qui p. V. haec adnotavit: demetit regis filia (nempe sponsa) Galli pellex (nimirum Acdestidis)“; qui quam audacter verba innovaverit, non disputo, judicio quidem et circumspecte certe. Paucis ipse expediam. Nam facile invenire fidem videtur sententia sic restituta: conclamant exterriti Adoreum: Phryx geminos (quod sic scriptum fuisse: Phrysge minos“ infra exemplis aliquot probabimus), mammas sibi demetit Galli filia“; dixerat enim, ut mea conjectura fert, Timotheus ἀπεθέρισε τοὺς διδύμους. Gloss. Labb. p. 51.: δίδυμοι. testiculi, testes, gemini,“ unde lux affunditur Petronio 35. p. 145.: super Geminos (imposuerat structor) testiculos ac rienes.“ Menag. in Diog. Laert. VI. 51. p. 39. Albert. in Hesych. I. p. 979. not. 1. Vales. in Ammian. Marcell. XVI. 7, 5. p. 195. Salmas. Exerc. Plin. p. 132. a. B. conf. Burmann. in Anthol. Lat. III. 219, 18. p. 654. Ceterum emendandi viam aliis probare aveo reparatamque Arnobii narrationem, singula verba minime; nam alii alia suggerent: conclamant — Adoreum; virum Phryx (Phryges id est Midas et Gallus convivaeque), mammas —.“ Phryges; geminos, mammas sibi demetit Gallus, filia Psilidis (Lindenbrog. in Ammian. Marcell. XXII. 8, 14. p. 456.) vel Psilitis (Steph. Byz. p. 314, 4. τὸ τοπικὸν Φιλίτης)“; geminos sibi demetit (Gallus, mammas) Galli filia Palacis (Strab. VII. p. 306. 309.) vel pallacis (Albert. in Hesych. II. p. 846. not. 29.) sive in aliud nomen eas literas, quae in codice leguntur: pelicis, libuerit deducere: Baecylis (Lobeck. Pathol. II. 6, 2. p. 138.), Belecis (G. Dindorf. Steph. Thes. II. p. 213. D. et Psell. v. 400. p. 222. Anecd. Boiss. Vol. III.), Cybelis, Battacis (Wesseling. in Diodor. Exc. XXXVI. p. 537, 53. Lobeck. Pathol. p. 58 not. 5. p. 312.) et quae praetereo in re, ut videtur, incomperta et ne a Nonno quidem testata, qui in Gregor. Nazianz. Stelit. I. 57. p. 622. ed. Bill. Colon. 1570. scribit „ipsi matri deum a Corybantibus vesicam excisam esse.“ Quod autem supra sumpsi Phrys scriptum fuisse, feci id memor alterius loci p. 173. cap. 23.: sub mundi hoc axe. cod. ase et cum aliorum exemplorum, quae sunt apud Heinsium Epist. ad Graev. CLXVI. p. 233. Syll. Burm. T. IV. et in Comm. de Valg. p. 174. 509., tum Lactantii in Stat. Theb. II. 283. p. 84. C.: quae vix caeston probat.“ codd. Monac. vis (Valg. p. 432.) Lucanique VIII. 153: quamvis si castra mariti — peteret.“ al. quam vix et quos commemoravit Drakenborchius in Liv. IV. 24, 9. p. 203. T. II. P. II. atque Ovidii Trist. III. 12, 2.: Frigora jam Zephyri minuunt annoque peracto Longior antiquis visa Maeotis hiems“, ubi quod scriptum antiquitus fuisse videtur: vista (conf. cap. X. p. 56.) naitis (maitis, quod contra factum est apud Sidon. Apollinar. Carm. XXIII. 246. p. 191.: Africanae Telluris Tamiathicum rebellem.“ editt. Tanaiticum) vel naotis (ut apud Senecam Hipp. 401.:

Tanaitis aut Maeotis." cod. Flor. alt. et Germ.: Tanatois), id omnes fefellit sic corrigendum: Longior antiquis vix Tanaitis hiems." Nihil jam dicam de eo, qui in defendendo Bersmanni commento: visa meavit hiems" nuper multam operam frustra insumpsit aut de Lachmanno, cui videtur (comm. in Lucret. I. 360. p. 38.) „poetae suum reddi posse hoc modo: Longior intepuit (libri antiquis) visa Tomitis hiems." Nimirum doctissimo viro hic non magis successit, quam in Horatii loco Carm. III. 24, 4. ad hanc formam revocato p. 37. sq.: Terrenum omne — et mare publicum." vid. Add. ad h. p.—Ead. pag. 159.: sub pini arbore genitalia sibi desecat." Pithoeus in Petron. 108. p. 497. sic scripta haec attulit: sub pinu arbore dissecat" (ut p. 160.: arborem pinum"). Vid., ne longus sim, p. 164. cap. 12. „arbor mali punici." Vorst. in Sulpic. Sever. Hist. Sacr. I. 27, 3. p. 95. et Dial. I. 13, 5. p. 399., in quibus locis legitur: olivarum arbores, arbor palmae, ut arbor fici Cic. pro Flacc. 17. Alii scriptores sic loqui maluerunt: olearum arborum, arbor cupressus Sanct. Minerv. IV. 4. p. 555. Muncker. in Hygin. Fab. 140. p. 247. — Pag. 160. cap. 7.: sed abscisa quae fuerant Magna legit Mater deum, injicit his terram veste prius tectis atque involutis defuncti." Quae nemini suspiciosa visa est vox: defuncti, ea, nisi egregie fallor, manifesto arguit locum foede corruptum; est enim ea vox supervacanea atque inutilis. Quo accedit, quod in codice legitur: tecta atque involuta. Jtaque scribendum: injicit his terram, veste prius tecta atque involuta deunxit." Cui sententiae suffragantur verba p. 166. cap. 14. posita: priusquam veste velaret ac tegeret (conf. Enn. Cresph. fr. 6. p. 39.: Neque terram injicere neque cruenta convestire corpora Mihi licuit neque miserae lavere lacrimae salsum sanguinem." Kirchmann. de Fun. Rom. I. 10. p. 78.), lavit utique balsamis atque unxit." Verbum deungendi quidem Plauti usu contestatum et alios praeteriit et Dresemium in Joseph. Iscan. I. 281. p. 261. — Ibid.: Inde natum et ortum est nunc etiam sacras velarier et coronarier pinos." Hildebr. in sacro. Cod. sacra. Quod ipsum verum est. Dicit enim Arnobius idem, quod Virgilius Aen. II. 249.: delubra deum — festa velamus fronde" aliique, quos Cerda p. 183. E. sq. et Dausquejus in Sil. Jtal. XII. 745. p. 523. et Wakefieldus in Soph. Trach. 756. p. 162. attulerunt (conf. quae infra dicentur in pag. 167. cap. 16.), modo autem eo dixit, quo Timotheus usus fuerat, ut Philostrat. Epist. 37. p. 18. cod. Vatic. et Paris.: *στεφανούμεθα ἄνθος*. Etym. Magn. p. 220, 20., si vera praecipit Spanhemius de Us. et Pr. Num. Diss. VII. p. 436. et Tollius in Lucian. de Calumn. 2. p. 384. Vol. VIII. — nam aliter sentit Wyttenbachius in Plutarch. de Discr. Adul. ab Amico p. 457. et ante eum Heinsius in Ovid. Fast. IV. 364. p. 261. —: *διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστέφθαι, ὡς οἱ Γάλλοι.* Bergler. in Alciphr. Epist. II. 3. p. 320. Jacobs. in Achill. Tat. p. 423. — Jbid.: dat lacrimas cum Agdesti interficitque se ipsam, purpurantes in violas cruor vertitur interempta, mater suffudit et has deum, unde amygdalus nascitur amaritudinem significans funeris." al. suffodit et se. al. eam deum. Ursin. sustulit (sustollit" Rigalt. p. XLI.) et sepelit eam Rigalt. Hildebr. suffodit et has. Cod. suffodit et as. Ergo hoc narrasse creditur Arnobius: lacrimas sepultas esse a deum matre, inde natam amygdalum. Quod nec ipsum per se fidem habet et falsum est propterea, quod grammaticorum praeceptis jubemur intelligere violas sepultas. Deinde inaudita, ut solet, narrat Hildebrandus p. 423.: suffodere h. l. nova significatione dictum est pro subter fodere." Nec quisquam vidit vocem interemptae non minus inutilem hoc loco esse, quam illam vocem defuncti, quam modo abjecimus. His de caussis par est scribi: purpurantes in violas cruor vertitur; interemptae mater superfundit glebas deum, unde amygdalus nascitur." Nam quid apud Timotheum invenerit Arnobius scriptum, ex his colligitur locis: *γῆν ἐπιχεομένην νεκροῖς* Suid. ap. Ritterhus. in Oppian. Hal. II. 635. p. 250. sq. Eldik. Suspic. c. 3. p. 17. *τούτοις γῆν ἐπιχώσας* Welcker. Syll. Jnscr. p. 92. add. Himer. Or. XXIII. 9. p. 782. *χῶσαι τὸν ἐπὶ τῷ σώματι,* cui reddendum est *χῶσαι κόνιν,* quod latini scriptores dicere consueverunt injicere terram (Enn. I. supra allat.), glebam, pulverem Kirchmann. de Fun. Rom. 21. p. 494. sq. Gloss. Labb. p. 78.: *ἐπιχέω.* Suffundo,

superfundo." Permutata autem a librariis esse verba fodiendi et fundendi comprobarunt Burmannus in Lucan. II. 185. p. 93. et Oudendorpius in Sueton. Aug. 27. p. 204. variarique saepe vocibus sub et super docent loci Lucani X. 215. superjecto. Guelf. 12. subjecto et Suetonii (supervenisse: subvenisse, superposuit: supposuit), de quibus dixit Oudendorpius in Vespasian. 5. p. 839. et August. 31. p. 213. not. 5. Apud Arnobium II. p. 86. cap. 61. malo retinere: supernatum sit aliquid an ortus primigenios habeat" memor Heinsii Prud. Apoth. 249. p. 491. quam rescribere: subnatum. — Jbid.: sociatis planctibus cum Agdesti tundit et sauciat pectus pausatae circum arboris robur." al. pausate, pausata, plantatae, lausatae, lanatae. At liquet instaurandam vellerum illorum, quibus „arboris stipitem colligatum et circumvolutum fuisse" prodidit Arnobius p. 167. cap. 16. et p. 168. cap. 17., mentionem fuisse hoc modo: pannuceatae circum arboris robur." Nec enim latet, quales Pomponius (fragm. p. 112.) scripserit Pannuceatos. Ceterum commodum est conferri Hygini locum Fab. CXXXIX. p. 245.: jussit eos circum arborem euntes crepare." — Jbid.: perpetuo solus agitetur motu." al. et motu. cod. e motu recte quidem et bene, quod is ipse, qui sprevit p. 424., defenderat in libr. I. 39. p. 62., Hildebrandus. — Jbid.: cerimoniis annuis et sacerdotum antistitibus honorasse." al. intestibus. Hildebr. sacerdotii antistitibus. Oportuerat corrigi: sacerdotum antistiis," quae antistitia Timotheus dixerat προστασίας. Gloss. Labb. p. 161.: προστασία. Antistitium." conf. Cang. Gloss. I. p. 245. Vid. Casaubon. in Polyb. p. 89. sq. ed. Argent. Lucret. II. 628.: matrem comitumque catervas conf. Schwarz. Obss. in Plin. Paneg. 49, 8. p. 548. Cernitur enim hic idem fere vitii genus, quod in p. 188. cap. 44.: in mercenariis condicionibus ac servitutibus. cod. servitutis, et in libro III. p. 119. cap. 33.: satietatis fuga. cod. satietatibus et VI. p. 206. cap. 22.: anima, lumine, rationibus. cod. rationis. Quod genus ingenti exemplorum multitudine explanatum a Drakenborchio in Liv. XXI. 60, 7. p. 309. et XXII. 8, 7. p. 63. et a nobis supra p. 28. sq. (add. Schol. Juvenal. VI. 489. p. 245.: in hortis templorum", quod olim, ut ego arbitror, fuerat: in porticibus — nam egregie fallitur Vlitius in Calpurn. Ecl. I. 15. p. 546., qui sacraria hortos templorum dici putat —) adeo non cognitum habuit Hildebrandus, ut inaudita proferret, in altero loco Arnobii p. 307.: satietatum ex fuga", in altero p. 484. servititiis. — Pag. 161. cap. 8.: Ergone deum mater diluvii tempore nulla fuit in parte naturae". al. diluvii casu. al. ante diluvii casum. al. pausa. cod. caussa. Quamvis obvia sit haec emendatio: Ergone deum mater diluvii in caussa nulla, nulla fuit in parte naturae" (conf. VI. p. 196. cap. 10.: quem probare non possis ulla esse in parte naturae. III. p. 121. cap. 36.), veritatis numeros videtur haec ratio habere: mater diluvii clausula nulla fuit in parte", ut apud Tertullianum Apol. XXXII.: ipsam clausulam seculi", ubi Havercampius p. 283.: voce clausula pro fine passim utitur Tertullianus"; clausam autem et clausulam de loco contentionem nonnumquam habere adnotavit Burmannus in Ovid. Her. XX. 242. p. 305. Licet adjicere in libro IV. p. 153. cap. 37.: contagione pestilentiae corrupisse auras temporum" restituendam esse vocem temperiem. — Jbid.: beneficiis debet Pyrrhae, quod orari se conspicit in alicujus substantiae qualitate." Barth. morari. al. versari. cod. erari, quod in hanc insolentiam: eareri deducere ausus est Hildebrandus. Qui contulerit VI. p. 190. cap. 3.: quod esse se sentiunt et vitali in substantia contineri. VII. p. 240. cap. 37.: habitumque illos suum compagine in corporea continere. I. p. 16. cap. 29.: caecitate hujus in corporis continemur" conf. II. p. 62. cap. 27.: in finibus propriae immortalitatis haerere". Lactant. de Opif. Dei 1, 11.: vas est (corpus) — quo homo ipse verus continetur." fortasse praeferet, quod est apud Martialem I. 2, 3.: libellos — artat — membrana" et Paulum Exc. Fest. p. 14.: arcere est continere." Cic. Nat. Deor. II. 22.: mundus omnia complexu suo coercet et continet", et 54. et Somn. Scip. 4.: deus arcens et continens ceteros." Conf. quae dicemus ad VII. p. 254. cap. 50. — Pag. 162. cap. 9.: An respectus pietatis et honesti Capitoliorum defuit praesidi?" al. despuit, despuitur, depuvitur, depuduit. cod. depuit,

quod ego interpretor esse: deperiit (conf. Valg. p. 45. sq.). Gloss. Cyrill. p. 52.: Deperit. παραπόλλυται. Athen. IX. p. 405. C. παραπόλωλεν ἡ τέχνη. — Jbid.: et inter media constitutus sollicitudinis speique confinia palpabat res intimas altitudinem dormientis et matris patientiam tentans." Meurs. Hildebr. fellabat (quo promtius fuit: vellabat, vellicabat Labb. Castig. in Gloss. p. 245. b.). cod. pellabat, ut verba „confinia pellabat" sic reconcinnanda videantur: confinia appellebat (apellebat vid. Valg. p. 333.) res intimas", ut apud Senecam Controv. I. 2. p. 52.: ne negare posses, ferrum appulit". Egregie enim concinunt verba proxima haecce: habitus foedus Jovis ad obsceni certaminis expeditionem parati conf. III. p. 105. cap. 10.: circumferentem res illas proeliorum semper in expeditione paratas. — Pag. 163. cap. 10.: tonitrus patrios jam mugiens imitus intusque referebat." al. vagiens imitus. al. incitatus. al. imitabatur atque. Hildebr. imitatosque, quod nullo pacto potest tolerari. Melius aliquanto et deliberatius id, quod Rigaltius p. XLII. protulit: jam mugiens minitatusque." — Jbid. cap. 11.: Vellem videre — Liberum debellatorem ferocitatis Agdestiae (scrib. Agdisteae) post deorum augustissimas curias [vid. Muncker. in Fulgent. I. p. 608. ac Peerlkamp. in Hor. Carm. I. 18. p. 92. sq.] coeli ab culminibus lapsum peniculamentum decurtantem cantherio. al. peniculantem decuramenta cantherios. al. cantheriorum. al. peniculamenta decurtantem cantheriorum. al. peniculantem, decurtantem cantherios. al. cantherio. Cod. peniculantem decurtam tam cantherios. Equidem illuc, unde malum pedem intulerunt, abire jubeo istos cantherios (VII. p. 245. cap. 41.: cantherios de velocitate certantes") sufficioque nomen ejus vitis, quam commemoravit Theophrastus de Causs. Plant. II. 20. ἡ κανθάρεως (cod. Urbin.) λεγομένη ἄμπελος. Harduin. in Plin. Nat. Hist. XIV. 9. p. 68. Vol. V. Hesych. II. p. 136.: Κανθάριος ἀμπέλου εἶδος. Nam insigniter falli cum alios tum Delechampium, qui ab Arnobio p. 158. cap. 6.: unum plantae (φυτὸν vocaverat Timotheus conf. Moser. in Nonn. VIII. 10. p. 173.) injicit laqueum" dici opinatur plantam pedis (p. V. a.), ipsa res, quae ad Bacchum deum auctorem refertur, declarat. Verum hoc amplius censeo obscuratum esse id vocabulum, quod manet in Glossis Labb. p. 132.: Pendiclum, ἀρπεδών. Pendiculus, ἀρπεδόνιον." p. 131.: Pediculi, ἀρπεδόνες." p. 132.: Peniculum, ἀρπεδόνιον, ἀρπεδώνιον (Reg. penniculus)" conf. Jungermann. in Poll. VII. 31. p. 708. not. 71. et in Long. p. 225. Jtaque sic reformo Arnobii orationem: pendiclo antes (Savar. in Sidon. Apollinar. Epist. VIII. 8. p. 511.) decurvantem cantharios. — Jbid.: innectentem laqueos mobiles. Meurs. ap. Rigalt. p. XLII. prolibus. Stewech. Orell. nodabiles. Qui sint mobiles laquei, dicit Petronius 34. p. 143.: catenatio mobilis." — Pag. 164. cap. 11.: Ut omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus." Hildebr. in Apul. Met. V. 4. p. 318.: laqueorum tortus" imperite. Sed vertendum illud cingerent arbitror in quinquerent (conf. VII. p. 241. cap. 35. coire. cod. quoire. p. 249. cap. 45. decoquat. cod. dequoquat. Valg. p. 504.) id est coinquerent vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 61. a. E. et p. 412. a. C. Scalig. in Fest. p. 395. Gronov. in Liv. XXVII. 7, 5. p. 47. T. VIII. — Jbid.: artificii curas tum rebus adhibuisse perituris." al. curam sic tum. Stewech. curatum. Quid in ipso codice legatur, hic quoque Hildebrandi levitas celat, sed extare cura si tum testatur Rigaltius p. XLII. In quibus literis primum agnoscere videbar nomen καρτζαμάδων, carsamatiorum, de quo Cangius exposuit (conf. Gloss. Med. Lat. I. p. 860.), mox perspexi insigni librariorum flagitio corrupta simul et divulsa esse, quae antiquitus sic continuari solita essent: artificium neurospaston rebus adhibuisse perituris." Pro qua voce nolo disertus esse, postquam de phallorum usu scienter commentati sunt Erhardus in Petron. 34. p. 143. Wesselingius in Herod. II. 48. p. 200.Galsf. Gessnerus in Lucian. de Dea Syr. 16. p. 384. Vol. IX. — Jbid. cap. 12.: immortalium saltem in numero computaverit. cod. mortalium. Quo vitii genere nihil notius conf. Snakenburg. in Curt. X. 6, 7. Adjiciam in libro III. p. 116. cap. 27.: sequitur, ut intelligi debeat, quidquid labis et criminis ab insania proficiscitur talibus Veneriis debere vul-

neribus imputari (al. tali, tali id)“ corrigendum videri: quidquid labis — proficiscitur mortalibus, Veneriis debere vulneribus imputari“ (conf. Heindorf. in Cic. de Nat. Deor. III. 12, 29. p. 307. conf. I, 31, 86. p. 84.), in pag. 123. autem cap. 40.: Neptunum atque Apollinem —, qui quondam muris urbem Jlium condicione adjuncta cinxerunt (ita etiam Rutgers. Var. Lectt. III. 16. p. 298. al. Troicum Jlium. cod. muris immortalium“) hoc restituendum esse: muris immortalium Jlium conditione abjuncta (conf. Drakenborch. in Sil. Jtal. VIII. 642. p. 445.) vel immortali [tatis Jli] um conditione abjuncta cinxerunt“ ut II. p. 63. cap. 28.: animas — immortalitatis conditione mactatas.“ Hildebr. in libr. I. 10. p. 10. — Jbid.: Agdestis iste — ex terrenis animantibus unus fuit an deorum aliquis et immortalitatis praeditus honore. cod. immortalitate praeditus honori. Equidem non dubito verba: immortalitate praeditus honori si enim nostrae sortis habebatur“ hoc modo reparare: immortalitate praeditus corporis. Si enim —“ (nam parum placet: immortalitate — honoris Cerd. in Virg. Aen. I. 595. p. 109. Cuper. Obss. I. 11. p. 81. Gabbem. in Petron. p. 668. conf. Arnob. cap. 13. p. 165. „mammarum honestatem.“). Subjiciuntur enim haec: qui potuit — de divino aliquid ex corpore desecari,“ nisi praestat scribi: dei divino — ex corpore“ (pag. 166. cap. 14.: divinis manibus“). vid. Wopkens. in Hygin. Fab. CXXV. p. 221. et Justin. XXIV. 6, 10. p. 225. Misc. Obss. Nov. T. XI. conf. Apulej. Met. VIII. p. 582.: numinis divino spiritu“ et intpp. IX. p. 620. — Jbid.: an tum, cum vis illa telluris cooperta est gremio solum radice complexa est.“ Rigalt. tantum quod vis illa. Hildebr. tum, cum illa telluris vis. Cod. tum quae quod illa. Quas literas in hunc modum concinno ordinoque: an tantum (Drakenborch. in Liv. VII. 2, 8. p. 32. Vol. IV. Oudendorp. in Suet. Aug. 98. p. 334. not. 3. et Ner. 6. p. 644. not. 1. conf. Schwarz. in Plin. Paneg. XVI. 3. p. 35.) quod aequo stilla telluris cooperta est gremio, solum radice complexa est, in stipitis exsiluit robur?“ Gloss. Labb. p. 175: Stilla, σταγὼν, σταλαγμὸς, στάλαγμα. Eurip. Phoen. 146. αἱματηραὶ σταγόνες. Aesch. Eum. 247. αἷμα καὶ σταλαγμόν. — Pag. 165. cap. 13.: ut ille se viro, haec mammarum honestate privaret.“ cod. viro — honestatem. Vid. Valg. p. 508. add. Burmann. in Lucan. IX. 461. p. 643. — Jbid.: nisi puer abscisa satietatis objecisset offensam.“ al. abscissa societatis. al. abscissas has partes objecisset offenso. Meurs. abscissae puer Atys obj. offensam. Cod. abscisa satietatis objecisset offensi, quod Hildebrandus p. 436. sic immutavit: satietati objecisset“, quum oporteret scribi: satietati subjecisset,“ quemadmodum apud Lucretium V. 482 variatum esse vocibus: salsos offudit et salso suffudit“ notavit Lachm. p. 294. add. Oudendorp. Suet. Tib. 68. p. 455. not. 5. — Pag. 166. cap. 14.: ne nuda in gremio diffluerent.“ Sententiae ordo hoc poscit, ut sufficiatur: ne putida. Quemadmodum pro foetidus in aliquot codicibus Suetonii Ner. 51. Oudendorp. p. 735. not. 3. extat foedus. — Jbid.: Pilum in mortuo crescere, partem interisse. al. non interisse. Hildebr. — dictu mirabile — partem viventem esse. Vel leviter moniti dabunt, spero, omnes notatam in codice esse vocem, quae perscribenda fuit his literis: partem intremiscere (intrēisce’) conf. p. 160. cap. 160. cap. 7.: digitorum ut minimissimus vivat et perpetuo solus agitetur e motu.“ Klausen. de Aen. et Penatt. p. 25. not. 87. —. Pag. 167. cap. 16.: Pinus, quam semper statis diebus in deum matris intromittitis sanctuario.“ Jta cod. (statutis man. emend. vid. Oudendorp. in Sueton. Calig. 40. p. 531. not. 3.) neque aliter Gronovius in Firmic. de Err. Prof. Relig. p. 457. Hildebrand. in libr. I. 19. p. 29. Vid. quae supra notavimus in cap. 13. et sanctuarium jam Cerda in Virg. Aen. IX. 86. p. 293. B. Salmasius Homon. Hyl. Jatr. p. 3. a. F. Valesius in Ammian. Marcell. XXIII. 3, 7. p. 11. et qui hunc sequitur, Gudius in Phaedr. III. 17. p. 70. Neque omitto pag. 184. cap. 39.: quae in matris infertur sanctum deae“ Stewechium quidem maluisse scribi: sanctuarium (conf. Valg. p. 411.), ut p. 159. cap. 6.: in ejus sanctum. Bas. Cant. Oberth. sanctuarium, sed Achillem Statium in Catull. 63. p. 223. et reliquos omnes retinuisse sanctum vid. Anal. h. cap. VII. p. 42., Delechampium autem — nam Cerdae hic nullam habeo rationem, qui in Aen. l. d. sacrum, in Ecl. VII. 24. p. 132. D. sanctum scriptum attulerit — praetulisse sacrum,

ceterum nequaquam memorem ejus loci (cap. 7.), quem supra p. 76. explanavimus: sacra velarier—pinos." Etiam faciendum hic mihi puto, ut in medium proferam, quae de Persii Prol. 7. disseruit Rigaltius in Sicul. Flacc. p. 25. Obss. p. 232.: Alludit ad sacra paganorum Persius, cum ait: ipse semipaganus Ad sacra vatum carmen affero nostrum. Poetae, inquit, Parnasi et Pirenes compagani, Heliconiadas invocent iisque sacra faciant; ego semipaganus ad ipsa tantum paganorum sacra carmen adfero." Qui mallem Romanorum vatum (conf. Enn. prooem. p. 7.), quam paganorum sacra scripsisset. Conf. Valg. p. 255. sq. Plin. Paneg. III. 5.: qui delubris deorum — meditatum carmen intulerit." — Jbid.: Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus et infelix adolescentulus intulit et genitrix divum in solatium sui vulneris consecravit?" Reficere licet orationem hoc supplemento: intulit et quam genitrix" petito ex pag. 184. cap. 39.: nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitatibus abstulit et quam memorant divam in solatium sui consecrasse moeroris?" — Jbid.: lanarum, quibus Jon deficientem contexit." al. Ja. al. jam. cod. Jam, quod Hildebrandus — quid enim illi inausum aut intentatum? — „nominativum esse puellae istius nominis" opinatus est p. 439. sq. Sed enim Arnobius videtur scriptum reliquisse: quibus Ja (non Cybele, ut narrat Cerda in Aen. I. d.) jam deficientem (Attin) contexit."

Licet jam paucis absolvere etiam de iis locis, quos emendandi mihi Nanae fabulam pertractanti caussa data est. Hoc enim per ipsam jucundissimi sodaliticii fidem confitendum est insigniter per omnia Hildebrandum ei studiorum disciplinae defuisse, qua Halis institui eum coeptum esse reminiscor. Js igitur pag. 156. cap. 3.: Quid, quod sequitur fidem sumet tam improvidum fuisse Saturnium" haec potuit pronunciare: nota dictionem fidem sumere pro fidem eripere, detrahere." Quod qui retulit, idem videtur confutasse. Jn codice est sumet aut, unde nescio an proficiatur ad hanc emendationem: sequitur foedum (Drakenborch. in Liv. IX. Epit. p. 6. Vol. V.) summatem aut tam improvidum fuisse Saturnium," ut summas dea apud Apulej. Met. XI. p. 752. 775. 800. conf. Arnob. I. p. 13. cap. 25.: deum principem — summitatem omnium summorum obtinentem." — Pag. 168. cap. 18.: marito nesciente seriam meri ebiberit plenam." Hildebr. p. 443. seriolam. Cod. se mariam meri (conf. quae supra ad cap. 6. p. 73. dicta sunt). Quod dubitari potest an praestet converti in id vocabulum, quod infra extat VII. p. 235. cap. 29. (bria — semibria — hebria). Cang. Glossar. I. p. 620. add. Charis. p. 63. (I. 17, 57. p. 46.): hebria est vas vinarium." Apulej. de Mag. p. 312. cod. Flor.: ebria sibi temper are." Lindemann. in Charis. p. 28. not. 2. — Pag. 173. cap. 23.: ulla mens inveniri tam irreligiosis potest opinionibus praedita. Hildebr., quod extra fidem est, praediata vel praeditata. Cod. praedicata id est, ut ego arbitror, praeligata (conf. Sueton. Calig. 19. collocatis. duo codd. Oud. p. 496. colligatis. Plin. Ep. VIII. 21, 5), ut Plaut. Bacchid. I. 2, 28.: o praeligatum pectus." conf. Cang. Gloss. T. II. P. II. p. 292. (Oudendorp. in Sueton. Caes. 79. p. 123. Valg. p. 493. Spartian. in vita Juliani ap. Cang. III. p. 291.: speculum, in quo pueri praeligatis oculis incantando vertice respicere dicuntur." Gloss. Labb. p. 143.: Praeligo. προδεσμῶ," quod verbum nunc non disputo quam inconsiderate Viri Docti Steph. Thes. p. 1674. B. Vol. VI. rejecerint parum illi recordati ab eodem Arnobio dici homines et praeligatos et illigatos pravis religionibus). — Pag. 178. cap. 29.: eundem rursus accipiant concubitus lectulos non esse adspernatum sororis." Delechamp. concubitus et lectulos. Meurs. Herald. accipiant lectulos non. cod. aspernaturos, quae Hildebrando p. 468. fuit materies hac licentia grassandi: concubitus legitimos [illicitos, illaetabiles Senec. Troad. v. 861.] non esse adspernatum suae sororis: lectulos — adspernatum justos." Quanto magis in promptu fuit vocem aspernaturos in hunc modum dissolvere: aspernatū toros, aspernatum toros sororis. — Pag. 180. cap. 33.: unde est vobis cognitum vel unde intimatum in consilium scriptores advocavere vos — scilicet tum in eorum pectoribus latitabatis?" al. vos scilicet aut tum. al. scilicet? tum. al. vos? aut tum. Herald. vos scilicet? aut tum. Hildebr. vos? Vos scilicet tum. Cod. advocare vos sutum in eorum.

Quae redintegro hac mutatione: in consilium scriptores advocare vos sueverunt? in eorum pectoribus latitabatis, cum pro aliis res alias inter veritate capta subdebant?" — Pag. 181. cap. 34.: unde tamen vobis liquet cum allegorias istas vel explanatis vel panditis, eadem vos interpretari?" cod. explanare vel pandere. Hildebr. vobis liquet, cum vobis libet. Ego vero vereor, ne vox istas damno fuerit verbo instatis (vel explanare vel pandere). — Pag. 187. cap. 44.: pro illis Ganymedibus raptis atque in libidinum magisteria substitutis." Arntzen. in Plin. Paneg. XLIX. 8. p. 229. ministeria. Quod Arntzenii est inventum, id Schwarzii in Paneg. 13. esse Orellium p. 339. sequutus ait Hildebrandus p. 483. in his rebus parum curiose versatus. Veluti quae Heinsius in Petron. 40. p. 176. proposuit de Arnob. VII. p. 239. cap. 33., ea idem perperam retulit p. 574. nec magis, quam Orellius, commemoravit ab eodem Heinsio Adv. IV. 9. p. 621. in libro V. p. 156. cap. 2.: meas has placabitis" scriptum esse: meas iras. — Invadam jam arcem illam vitiorum VI. p. 208. cap. 23.: Infiniti operis res est toto in orbe describere quae sint fana convulsa terrae motibus et tempestatibus, quae incensa ab hostibus —, quae antistites et sacerdotes ipsi — nudaverint, quae ad ultimum fures et obserata pandentes remedorum (al. tenebrarum obscuritate. al. remediorum. al. remota omni obsc. Hildebr. terebrorum ope) Canacheni." Hic ad Saracenorum mentionem descendit Heraldus (qui quidem spectasse videtur non ad Menandri locum ab Valesio in Ammian. Marcell. XIV. 4, 1. p. 21. allatum, sed ad vocem Arabicam, quam attigit Vir Doctus ap. Orell. Append. p. 65.). Opportunius vero nomen Cinganorum, cujus memoriam subjicit Coelius Rhodiginus Lectt. Antiq. XVIII. 38. p. 1035. D.: Maurusios Cinganos appellari nunc conjectatio eruditorum est, quod ab Saracenis pulsi per omnem sint Europen disjecti" et historia illa Draculae latine transcripta a Barthio Adv. XLV. 14. p. 2089: Cinganum aliquando furti delatum in vinculis habebat." Sed viderit de ea re Grellmannus de Zigeunis p. 177. Rigaltius attulit catacoetos. Quam sententiam simul illustrare et meliorem facere videor commemorando ἀποκοίτους (Gloss. Philox. p. 115.: ληστής. Latro, emanens. Cang. Gloss. T. II. P. I. p. 234.), ἡμεροκοίτους, dormitatores Philox. p. 84.: Hemero. ἅρπαξ id est hemerocoetus, ut erret Goldastus in S. Valerian. p. 63. Cangiusque Gloss. T. II. P. I. p. 715. Tzetz. et Procl. in Hesiod. Op. 603. p. 351, 20. 22. ἡμερόκοιτος ὁ κλέπτης. Gloss. Vett. ap. Savar. in Sidon. Apollinar. Epist. I. 8. p. 61.: ἡμερόκοιτος. dormitator, fur nocturnus." Erhard. in Petron. 82. p. 406. Quid jam referam ab aliis Canachenorum nomen repeti a Canacho aut a κάναχος (Orell. p. 391. sq.), ab aliis (Orell. Append. p. 65.) scribi Chanabenos, Hildebrandum autem eo deerrasse, ut haec effutiret: obscuritate pro falso ducens emendare velim terebrorum ope, quod de furibus furtim omnia pandentibus obserata placet. Terebrum pro terebra habet Hieronymus"? Scilicet illi satius fuit in locum remedorum sufficere caradrorum Cang. Gloss. I. p. 830. Restat, de qua dicatur, Nourrii sententia, qui „intelligit praedones, qui, si remedorum (remediorum) obscuritate legamus, artibus magicis deorum simulacra aut spoliaverant aut ex templis abstulerant" Orell. p. 392. Et hic quidem illud reliquum habuit, ut Hypatenorum mentionem inferret: obserata pandentes remediorum (conf. Cang. Gloss. III. p. 577.) obscuritate Hypateni"; quod nomen apud Apulejum Met. IV. p. 254. Milonis Hypatini" (scrib. Hypateni conf. Lobeck. Pathol. IV. 3. p. 191. sq. 196.) — in aliquot enim Oudendorpii codicibus est: Hyachi — simili corruptela affectum videatur esse atque in hoc Arnobii loco. Namque cum aliorum magorum tum Thessalorum fuit et „homines in domibus tanta numinum violentia claudere, ut nec claustra perfringi nec fores evelli possent" Apulej. Met. I. p. 41. et „repente impulsu majore, quam ut latrones crederes, januas reserare" p. 44. 52. „sine clavibus reserare quae clausa sunt" Arnob. I. p. 25. cap. 43., ubi qui attulerunt Originis c. Celsum verba: γόητές τινες ἐπῳδαῖς θύρας ἀνοίγουσι et Ovidii Am. II. 1, 27.: Carminibus cessere fores —, carmine victa sera est" Heraldus p. 330. et Hildebrandus p. 69., omiserunt Senec. Herc. Oet. 458.: Habuere motum saxa: discussi fores." Verum non magis Hypatenorum mentionem in hoc loco fero, quam caragiorum, de quibus in Sermone de dedi-

catione Ecclesiae ap. Cang. I. p. 830. haec leguntur: „omnes fures, omnes — qui caragios et divinos vel praecantatores — inquirunt.“ conf. Cathwlphus Epist. ad Carol. M. III. p. 974.: veneficos, tempestarios, — pythonissas, fures. Jam vero in medium proferam eas sententias, quas Arnobii interpretes praetermiserunt. Et Savaro quidem effractores sive apertularios (Herald. in Arnob. II. 42. p. 64. Cang. Gloss. T. I. p. 251. T. II. P. I. p. 220.) dici ratus in Sidon. Apollinar. Epist. IX. 7. p. 575. pepercit tamen receptis verbis: obserata pandentes tenebrarum obscuritate canacheni“ nec induxit obserata pandentes rimatorum aut derectariorum obscura arte pantorectas Oppian. Hal. II. 408.: ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ληΐστορι τέχνῃ. Gloss. Labb. p. 53.: derectarius. θυρεπανοίκτης, ἐπεισπηδητής. Cang. T. II. P. I. p. 62. Salmas. in Scriptt. Hist. Aug. p. 438. conf. Labb. Castig. p. 219. a.). Deinde ab Is. Vossio in Hesych. II. p. 190.: Καταχήνη· καταχάσμησις, καταγέλως“ invenio haec adscripta not. 17.: Corrige hinc locum Arnobii.“ De qua sententia operae pretium est subtilius inquirere. Videtur autem Vossio accuratius animum intendenti ad acumen, quod inest verbis: pandentes — obscuritate, suspicio incidisse obscurati vocabuli catachenae.. Quod interpretaturus nihil profecto dico de Cretensium hominum consuetudine nunc Catachanas dicentium, quos alii vocarunt bulcolaccas vel tympanitas aut de Frontonis illis locis, quos attigit Prellerus Polem. p. 109. sq., sed acquiesco in ipsis iis, quae Hesychii interpretes exprompserunt. Intellexisse enim vir eruditissimus videtur catachenas praemiatorum. Rem tritam, ut visum est Graevio in Sueton. Tit. 7. p. 879. Oud., denuo proferam in medio propositis verbis Nonii Marcell. p. 150, 21.: Praemiatores, nocturni praedones,“ quae qui explanarunt Gabbema in Petron. 80. p. 74. (p. 397. Burm.) et Wouwerius 82. p. 406. et Broukhusius in Tibull. II. 6, 26. p. 39. conf. Dous. Schediasm. Succid. p. 515. neglecti sunt ab Hildebrando in Apulej. Met. II. 18. p. 117. et Arnob. II. 42. p. 189. Probabiliter autem id nomen a nobis tamquam Vossii vicariis redintegrari declarat etiam Arnobii locus hic p. 209. cap. 24.: cum videamus templa — appeti — ab latronibus et nocturnis a furibus ipsosque illos deos — vadere in antra praedonum.“ Praemiatorum catachenas igitur obserata pandere obscuritate ita dixit Arnobius, ut perstringeret catachenas non dico comicorum (Bergk. Comm. de Reliq. Com. Att. Ant. cap. VI. p. 143.), sed imperatorum. Obscuritatem enim magnam fuisse librorum eo nomine ab Hadriano conscriptorum monstrat Spartianus vit. Hadrian. 16.: Catachanas libros obscurissimos Antimachum imitando scripsit“, ubi similiter corruptum id nomen codices tenent: catacainos, cathacrianos, calaccianos (Bill. in Gregor. Nazianz. Epist. 3. p. 769. A.). Nec fortasse deerit, qui hoc scribendi genus praeoptet: praemiatorum in obscuritate catachenae.“ Verum haec hactenus. Videmur enim difficillimae quaestionis discrimina jam satis explorasse ac pertentasse nimirum „vice cotis functi et conjectandi varietate quadam id conati assequi, ut praelibatis, quae prima specie possent blandiri, planior ad inveniendum verum patefieret aditus“ Hemsterh. in Xenoph. Ephes. p. 66. Misc. Obss. Vol. V. T. III. Nunc quam paucissimis expromam id, quod ipse sentio. Arbitror autem remedorum illud esse remeclorum (ut apud Vitalem et Arcadium de Limitt. p. 251.: terminos hemicycliares in codice Palatino Rigalt. p. 278. est emicidiores. vid. Valg. p. 336. 421.), remeaculorum, canachani autem canaclarii (de quo vitii genere explicatius dicemus infra p. 86. in libr. VII. p. 233. cap. 27.), caniclarii (Jsidor. Origg. XII. 1, 24. p. 375.), cunicularii. Sic enim optime vocat Arnobius eos, qui more Bessorum auri argentique venas rimantium (Barth. in Claudian. Cons. Mall. Theod. 41. p. 81. sq.) ducto sub terris cuniculo murisque intra fundamenta perfossis improvisi emergunt reserantque portas“ Veget. de Re Milit. II. 11. p. 37. et IV. 24. p. 91. Stew. conf. Cassiodor. Var. IX. 3. p. 133. b.: cameris enim ingeniosa praesumptione revolutis — itinera fodiunt, quae nullis antea patuerunt —; intrant homines caligines profundas.“ Quod furum genus alii appellare consueverunt perfossores parietum, ut Plautus, quidam perfossores, nonnulli vecticularios. Gloss. Labb. p. 133.: Perfossor — τοιχωρύχος“; κλέπτας καὶ τοιχωρύχους autem sic conjunxerunt Demosthenes c. Lacrit. p. 940.

(p. 529. T. VII. Dobs.): *τοιχωρύχους καὶ κλέπτας καὶ τοὺς ἄλλους κακούργους*" et Pollux VI. 151. p. 653.: *Κλέπτης, τοιχωρύχος*"; ut Arnobius fures et cunicularios. Add. Barth. Advers. II. 12. p. 133. Dacer. in Fest. p. 750. Kuhn. in Poll. l. d. Morell. in Aristid. adv. Lept. p. 681. Dind. Apulej. de Mag. p. 468.: Eo quidem pacto — qui vectem quaesierit, perfossor erit." Poll. VII. 125. p. 778.: *τὸ γὰρ μοχλίον τοιχωρύχων ἐστι σιδήριον* et X. 147. p. 1331. Joann. de Janua ap. Cang. Gloss. III. p. 1267.: vecticularius — rapinosus, sicut dicimus aliquem vitam vecticulariam agere, qui furto et rapinis intendit." conf. Meurs. in Arnob. II. 42. p. 64. Orell.

Sed hic Nourrii memor ad Propertium revolvor et ad narrandam magarum potentiam. In ordinem enim incurrit locus ille perdifficilis et plenus dissensionis eleg. IV. 5, 14.:

Audax cantatae leges imponere Lunae
Et sua nocturno fallere terga lupo.

De quo loco hoc est Hertzbergii judicium p. 445.: fallere nova significatione abscondere sive occultare esse praedicant nec tamen evincunt. — Virgilio Aen. I. 684.: Tu faciem illius — Falle dolo faciem fallere, ut recte Cerda et Heyn., assimulare faciem — vel fallendo sumere faciem est. — Ergo terga fallere erit terga fallendo sumere, qualia antea non fuerant. Quae quoniam lupo i. e. lupi figura falli dicuntur, ipsa terga lupina intelligantur necesse est." Qui nec illud reputavit voci terga non additum esse nova, sed sua (conf. Sabin. Epist. III. 39.: Si sua non cycno mutasset Jupiter ora") et si quid effecit, nimirum hoc effecit magam eam sua terga fallere lupo, quae lupum induens propria sua terga falsa et mentita esse docet, ut Ovid. Fast. II. 837.: animo sua nomina fallit" conf. Trist. I. 3, 59. Met. VII. 270.: Inque virum soliti vultus mutare ferinos Ambigui — lupi." Nec vero est, quod Hertzbergii argumentationi inhaereamus diligentius. Nam cum omnibus doctis dissentimus hic tota sententia. Et primum quidem convellendum est id, quod quicunque hunc locum aut attigerunt aut enarrarunt, permixtis vocibus tuentur. Nimirum loquuntur istam *λυκανθρωπίαν* magnaque est subtilitas commentantis Cerdae in Virg. Ecl. VIII. 96. p. 166., quam indigno silentio transmissam a Burmanno in Prop. p. 789. nos in hoc compendium vertamus, ut adjiciamus simulatrices videri magas dictas fuisse, quae tum cerea simulacra defigendorum hominum fingerent (Salmas. in Tertullian. de Pall. p. 345. sq. Scalig. in Cir. 374. p. 75. conf. Heins. in Ovid. Am. III. 7, 29. p. 500. Cang. Gloss. T. III. p. 1380. sq.) tum et alios in feras commutarent (Barth. in Stat. Theb. IV. 551. p. 1152.) et ipsae simulari (Muncker. in Hygin. Fab. XCIX. p. 187.) solerent cuivis animalium generi. Fest. l. supra p. 57. posit.: Piatrix —, quam quidem simulatricem, alii sagam — vocant," ut et alii fallantur et Casaubonus in Theophrast. XVI. p. 188.: simulatrices vel potius simpulatrices." Ergo potuerunt magae luporum speciem induere et „in plures deinceps figuras transire" (Ovid. Met. VIII. 730.) Cerd. l. d. p. 166. a. D. b. C. intpp. Petron. 62. p. 314. Cognat. in Lucian. Luc. 4. p. 470. et 13. p. 478. Vol. VI. Salmas. l. d. p. 471. Heins. et Burmann. in Ovid. Am. I. 8, 13. p. 356. idemque in Petron. 63. p. 318. conf. Burmann. in Prop. III. 4, 29. p. 529. Hildebrand. in Apulej. Met. II. 22. p. 127. Jsidor. XI. 4, 2. p. 373. et Ugutio ap. Cang. III. 974.: Stricae quaedam monstra dicuntur, quae magicis cantibus [aut herbis vel unguentis Lucian. Luc. 12. p. 144. 54. p. 197.] in feras transeunt." Apulej. l. d. p. 145.: nam et aves et rursum canes et mures, immo vero etiam muscas induunt." At vero quae tandem est ista audacia magarum ad multa latrocinia (ut ait Jsidorus l. d., quem mire corrupit Hildebrandus in Apulej. Met. V. 15. p. 346.) sive fraudes et insidias (Cort. in Sallust. Iug. IV. 7. p. 427. et Cic. Epist. ad Fam. I. 4, 4. p. 11.) „in quodvis animal ore converso latenter adrepentium, ut ipsos etiam oculos Solis et Iustitiae facile frustrentur?" (Apulej. Met. II. p. 144.) quaeve falsorum luporum silvis se condentium (Virg. Ecl. VIII. 97. Petron. 62. p. 312.)? Audaciae autem perspicua mentione opus est certae alicujus atque adeo majoris, quam quae cernitur in cantanda luna; ita enim Propertius: Quippe et collinas ad fossam moverit herbas —.

Audax cantatae leges imponere lunae (lusisse enim Valckenarium hujus scripturae auctorem: ausa excantatae, possem, si id nunc ageretur, demonstrare exemplorum, quae apud multos omnium aetatum scriptores sunt, ingenti multitudine) Et sua nocturno fallere terga lupo." Eat nunc aliquis et narret illorum quoque audaciam sane quam magnam, qui olim Calendis Januariis „cervulum facientes in ferarum se voluerunt habitus commutari" Faustin. Episc. Sermon. in Cal. Januar. vid. Cang. Gloss. T. I. p. 940. T. II. P. II. p. 183. T. III. p. 1295. sq. Illud quidem nolo afferre: parum apte et efficaciter hic commemorari nocturnum lupum „cui quidem mos noctu depraedandi magis proprius est, quam leoni, pardo aut urso, quia ei ut minus virium, ita minus est audaciae" Bochart. I. Hieroz. III. 10. p. 823. sq.; nam de ejus vocis vi ac potestate infra explicabimus. Verum hoc jam caput erit nobis, si obtinere poterimus versipellium magarum commemorationem omnino repugnare sententiarum, quibus illa pars continetur, ordini ac perpetuitati. Scribit autem Propertius quam insolitas res mirasque (v. 5 — 12.) quibus remediis atque instrumentis maga possit efficere. Quo nomine commemoratur v. 13. lunae spuma (nam cantatae lunae leges imponere est lunam per cantum maximos passam labores hoc cogere, ut propior in herbas despumet Lucan. VI. 505., id quod nec Turnebus adnotavit Advers. VI. 10. p. 173, 23. aut Barthius in Stat. Theb. II. 284. p. 436. aut Heinsius in Ovid. Met. VII. 268. p. 474. Cortius in Lucan. I. d. p. 85. intpp. Apulej. Met. I. 3. p. 21. Burmannus in Anthol. Lat. V. 46, 21. p. 329. et Propertii interpretes omnes videntur praeterisse), v. 15. sq. cornicum genae erutae, v. 17. strigium usus, v. 18. equarum virus. Interpone his fallaciam ipsius magae figuram suam in lupum convertentis: habebis diversarum rerum conjunctionem ac confusionem foedissimam. Jam vero ab hac sententiarum incommoditate procul abfuisse elegantiam Propertii cum omnis oratio documento est, quam ad latinae consuetudinis praecepta apposite atque recte conformatam esse nec docti homines effecerunt quamvis multa moliti et nulla umquam machina extorquebitur ut concedatur, tum ipsa declarat vox terga, quam in feris poni a scriptoribus solitam esse constat, non item in hominibus, quorum ora commemorari consentaneum fuit (Markland. in Stat. Silv. II. 1, 214. p. 223. conf. Apulej. Met. II. p. 144. Sabin. Epist. III. 39.: Si sua non cycno mutasset Jupiter ora. Ovid. Am. I. 8, 14.: hanc ego — suspicor — pluma corpus anile tegi" et in quibus locis membra legimus conf. Oudendorp. in Lucan. VI. 666. p. 488.). Virg. Aen. VII. 20.: Quos hominum ex facie — Induerat Circe in vultus ac terga ferarum." Vechner. Hellenol. II. 8. p. 332. Forbig. in Aen. I. 635. p. 131. conf. Ouwens. Noctt. Hagg. III. 12. p. 456. Lachmann. in Prop. I. 3, 20. p. 16. et 409. Tam multis igitur tamque perspicuis lucet argumentis falsum esse id, quod in Propertii libris nunc legitur omnibus. Indidem autem emergit, quid sit verum. Hoc enim in illo versu olim scriptum fuit: (Audax — sua nocturno) vellere (terga lupo).

Vellere terga, ut apud Lucanum VI. 562.: Illa genae florem primaevo corpore vulsit" conf. Burmann. in Prop. III. 23, 33. p. 703. et Seren. Samonic. XXXV. 670.: locum crinis vulsi continge cruore —. Praeterea quascumque voles avertere (avellere cod. Paderb. Cort. Lucan. VI. 585. p. 99.) setas" et apud alios vellere pilos (Hor. Epist. II. 1, 45.), plumam, lanam, oves Schneider. in Varron. de Re Rust. II. 11, 9. p. 488. et Columell. VIII. 13, 3. p. 454. et ind. p. 402., lupo autem terga vellere, ut apud eundem Lucanum VI. 563.: Illa comam laeva morienti abscidit ephebo" conf. Cort. p. 96. Luporum autem pilos (Peerlkamp. in Hor. Carm. II. 6. p. 179.) ad magicas artes lenis magno usui fuisse ut credamus facit Horatius Sat. I. 8, 42.: Utque lupi barbam variae cum dente colubrae Abdiderint furtim terris", cum quo versu componi ab Heindorfio p. 182. Orellioque p. 117. oportuerat Ovidii locum, qui est Propertii carmini simillimus, Met. VII. 268.: Addit et exceptas Luna pernocte pruinas Et strigis infames ipsis cum carnibus alas Inque virum soliti vultus mutare ferinos Ambigui prosecta lupi. nec defuit illic Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri" et quem cum Ovidio comparavit Oudendorpius in v. 543. p. 478., Lucani VI. 672. 679.: Viscera non

lyncis, non dirae nodus hyaenae Defuit — Aut viventis adhuc Libyci membrana cerastae" (lyncem enim nonnulli lupum cervarium dixerunt. Gloss. ap. Cang. T. II. P. II. 334.: Linx, lupa cervalis." et T. III. p. 280.: Pilotonsus, lupus cervinus." Bochart. I. Hieroz. III. 8. p. 796, 30. vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 61. sq.). Nec praetereo Plinium, qui quae medicinae petantur e lupi capite, felle, iecinore, oculo (cap. 16, 66. p. 279.: febres arcet — oculus lupi dexter salsus adalligatusque, si credimus Magis"), adipe (19, 77. p. 284.: illitus vulvas mollit, dolores earum jecur. Carnes lupi edisse parituris prodest"), excrementis dicit in libro Nat. Hist. XXVIII., hyaenae autem „pilos rostri admotos mulierum labris amatorium esse" 8, 27. p. 245. et, quod narrat Balsamon in Synod. Trull. can. 61., „ursorum circum — ductores dare passim ex pilis eorum cum tincturis tamquam phylacteria" Cang. Gloss. T. III. p. 1371. Propter Ovidium autem libet adjicere Apulej. Met. III. p. 205.: Apparatu solito instruit feralem officinam, omne genus aromatis et ignorabiliter laminis litteratis et infelicium avium durantibus damnis, defletorum, sepultorum etiam cadaverum — membris"; videtur enim id, quod in primo Florentino codice legitur, defendi posse locis Senecae Med. 777.: Oetaeus isto cinere defecit rogus —. Reliquit istas invio plumas specu Harpyia —. His adice pennas sauciae Stymphalidos Lernaea passae spicula" (quorum versuum nullam habuit rationem Mitscherlichius in Hor. Epod. V. 19. p. 518.) et Zenonis Veron. Serm. 104.: crinium suorum damno cooperiens" conf. Cort. in Lucan. III. 365. p. 368.; rursus quae apud eundem Apulejum sunt p. 200.: herae meae miranda secreta, quibus obaudiunt Manes", tutum praestant Quintiliani locum Declam. X. 15. p. 226.: audire inferos" (al. audere, horrere). Ergo a Propertio similem liquet magae proponi audaciam atque a Lucano VI. 552.: morsusque luporum Exspectat siccis raptura e faucibus artus" conf. Oudendorp. p. 479. Apulej. Met. I. d. p. 206.: extorta dentibus ferarum trunca calvaria." Nec illud non perspicuum est, quid sequutus lupum poeta dixerit nocturnum, cujus vocabuli vim Bochartus I. Hieroz. III. 10. p. 824. copiosius explanavit, quam qui ipsum hunc Propertii versum attigit, Georgius d'Arnaud Lectt. Graec. II. 10. p. 202. Denique quae in enarratione hujus loci et eleg. III. 12, 5.: Quum pila velocis fallit per brachia jactus" (cui versui adhibitum a nullo miror illud Silii Jtalici V. 401.: jaculo tacitas fallente per auras Occumbit Bogus". Virg. Aen. IX. 572.: longe fallente sagitta" et X. 754. conf. Valer. Flacc. III. 182.) de verbo fallendi disputavit Hertzbergius p. 445. et 327., ea breviter explere licet in medium proferendo ipsos eos locos, qui animo occursant. Quintilian. Declam. XIII. 2. p. 272.: ignobile aevum agere — et dum molesta lege naturae transiret aetas, vitam fallere constitui". Manil. I. 240.: fallente solo declivia longa Et pariter surgente via pariterque cadente." Stat. Silv. II. 1, 97.: deceptaque funera matris" et Theb. IX. 425.: deceptaque fulmina", quae sunt fulmina non decipientia, ut vult Marklandus p. 217., sed ea, quorum caussa fuit fraus, ut Theb. II. 304.: decepta mariti arma", ubi Scholiasta p. 448.: prodita, quum ille lateret" conf. Ovid. Trist. IV. 6, 15.: deceptae ignoscere culpae." Plin. Nat. Hist. XVI. 43, 84. p. 129. Vol. III.: acer decipi, quod cum „intelligendum sit de testudine, quae aceris colorem accipiebat per picturam quaeque verum acer sic videbatur" (Salmas. Plin. Exerc. p. 296. a. G.), a nullo tamen comparatum est cum Virgilii loco Aen. I. 684.: Tu faciem illius — Falle dolo." Nunc redeo ad inceptum. In Arnobii igitur libro VI. p. 196. cap. 10.: ut olim fessi canes linguam ore de patulo potus aviditate projiciens." al. pituitate. Delech. pituitosam. Hildebr. — incredibile memoratu — pituitantem (id est pituita abundantem). Cod. puetuitate, quod ego arbitror olim fuisse pytismate, de qua voce explicaverunt Scaliger in Manil. V. 510. p. 412. Salmasius in Spartian. Pesc. 6. p. 660. Rupertius in Juvenal. XI. 173. p. 646. sq. conf. Cang. Gloss. III. p. 288. Ruhnken. in Terent. Heaut. III. 1, 48. p. 158. sq. („pytisma est vinum, quod ex ore rejicitur Vitruv VII. 4."). — Libr. VII. p. 227. cap. 22.: vitula nullis umquam stimulis nullius operis exercitata conatu. cod. excitata conatus. Hildebr. conatibus. Oportuerat scribi: nullis umquam stimulis n ullius operis excitata conatus." — Pag. 231. cap. 25.: nisi

sibi adoleri paratas conspexerit taenias offasque penitas. cod. redemptas. Agnoscere videor idem vitium, quo apud Catonem de Re Rust. CXXXV. 3. p. 89.: coria — quae depsta sient" in codice Vratisl. scriptum est dempta conf. LXXVI. 2. 3. p. 66.: depsueris. condepsito, ubi aliquot editt. dempseris. condempsito. Sed enim intendendum est et verbo redepsendi a nullo, quod sciam, usurpato et bacchio (conf. Cannegiet. in Avian. Fab. I. 9. p. 16.) in ea sede posito, quae dari ab Arnobio solet molosso. — Pag. 233. cap. 27.: tam familiariter concupiscant." Orell. ferventer. famelice (Hildebr. fameliciter). Immo vero subest id vitii genus, quo et apud Arnobium VI. cap. 23.: cunicularii scriptum est canachani et II. p. 97. cap. 75. centenarios (Lachmann. in Lucret. II. 537. p. 107. centimanos) et apud Apulejum Met. II. p. 101.: nexu venerio in codice Guelph. veneno et apud Cassiod. Var. XII. 27. p. 186. Arcarium. Accurs. arcanum. add. Salmas. Exerc. Plin. p. 213. a. B. Oudendorp. in Sueton. Domit. 1. p. 892. not. 4. Valg. p. 507., restituendumque est: famulanter concupiscant," quod Arnobius sumpsit ab Attio Terei fr. 3. p. 243.: famulanter pete." — Pag. 237. cap. 32.: aquis opus est atque adjuncta antiqua cineris frictione." Ursin. aliqua. Stewech. antiqui vel antiquae. Hildebr. lauticia. Spanhem. in Callimach. Pall. 1. p. 528.: opus atque antiqua. Equidem in alia omnia discedo. Censeo enim ad vocem cineris maxime pertinuisse corruptelam. Quae vox antea sic scripta: cinelis (Valg. p. 506.) proxime abfuit a vero, quod monstrat Apuleji Met. IX. p. 610.: equorum curruli rabie" codex Pith. civili. Hoc enim consignatum literis ab Arnobio fuit: antiquae curulis vid. Scheffer. Advers. cap. III. p. 300. Misc. Obss. Vol. VIII. T. III. Schwarz. in Plin. Paneg. LIX. 2. p. 273. sq. add. Merobaud. Paneg. 44. p. 12.: Victoria semper Ductoris sociam traxit praelata curulem." Cassiodor. Var. X. 11. p. 150.: meruisti conjugem regiae stirpis accipere, quam in tuis curulibus nec praesumpsisses optare" (ubi repudio Cujacii scripturam: tuo consulatu). Nolo enim haec paullo reconditiora promere ac commendare: antiquae currulis. Gloss. Labb. p. 94.: ἴτυς. Antiqua." Front. de Fer. Alsat. epist. 3. p. 213.: curruli strepitu et cum fremitu equestri." Dicit autem Arnobius Magnae Matris currum, quem alii vocant carpentum (conf. Bross. in Cassiod. Var. VI. 3. p. 92.), essedum Lindenbrog. in Ammian. Marcell. XXIII. 3, 7. p. 11. lecticam Augustinus de Civ. Dei. II. 4. ap. Orell. Append. p. 76. conf. Arntzen. in Mamertin. Grat. Act. XXX. 2. p. 763., ferculum (Dausquej. in Sil. Ital. V. 167. p. 217.), ut ego arbitror, Martialis III. 47, 2.: Phrygiumque Matris Almo qua lavat ferclum"; eo enim dirigunt voces illae e codicibus a Schneidewinio p. 131. enotatae: ferrum (quod explicare conati sunt Barthius in Claudian. Bell. Gild. 119. p. 387. et Orellius Append. p. 79.), fretum, fertum. — Pag. 238. cap. 32.: colunt enim dii vineas et absuasionibus contracti exprimunt vindemiatoribus vinum." al. ad suas usiones contractis. Elmenh. ab suasionibus. Stewech. longis ab vasionibus contracti. Hildebr. helluationibus. Cod. adsuasionibas contractis. Liquet, si quid recte sentio, instaurandam esse vocem, qua fraudi librariorum nullam fuisse opportuniorem docet Varronis locus de Re Rust. III. 9, 1. p. 296.: racemari. codd. raciocinari, rationari: racemationibus contractis." Gloss. Labb. p. 37.: βοτρυολογία. Racematio." Tertullian. Apol. XXXV. p. 302.: post vindemiam parricidarum racematio superstes." Schneider. in Columell. III. 18, 4. p. 179. — Pag. 249. cap. 44. (41. p. 262. Orell.): partem sui postremam conatibus prioris adducit." Hildebr. rotatibus vel volutibus. Parum ad hunc locum congruit Apulej. Met. II. p. 165.: membra frigida pigris conatibus ad artis magicae nituntur obsequia." Quare scribendum videtur: contractibus prioris." Schol. Nic. Ther. 161. p. 60.: τῷ ἑλκυσμῷ τοῦ σώματος. conf. Fulgent. II. 5. et Muncker. p. 672. — Pag. 250. cap. 45. (42. p. 263. Orell.): in anguem dicatis convertisse se deum, quo mentiri se posset quisnam esset aut quales homines intueri." Meurs. posset et quisnam esset aut qualis hoc minus intueri. Ursin. nec quisnam aut qualis, possent homines." Hildebr. aut qualis, homines minus intueri. Cod. deest quo mentiri se posse. Nimirum fefellit doctorum hominum intentionem et vitium illud pervagatissimum, quod monstrare licet locis Cassiodorii Var.

I. 6. p. 6.: naturalem faciem laudabiliter mentiantur." Ed. metiantur et Mamertini Grat. Act. XIV. 4.: operum multitudine — tempora metientur." Guelf. mentientur." add. Cort. in Lucan. VI. 32. p. 5., et dicendi genus non infrequens, illustratum illud cum ab aliis tum a Casaubono in Capitol. Gordian. III. cap. 31. p. 127. Heinsio in Sil. Jtal. VII. 497. p. 376. Hertzbergio in Prop. I. 16, 7. p. 57. sq. Hoc enim dicit Arnobius: in anguem se convertit deus, quo deessent homines posse metiri se (Barth. in Claudian. Rapt. Pros. II. 12. p. 906.) quisnam esset aut intueri qualis esset: deessent quo metiri se posse quisnam esset aut qualis homines intueri." — Pag. 251. cap. 46. (43. p. 264. Orell.): Caput si habuit atque caudam, si oblita squamis terga, si macularum suffectionibus varia, si os dentibus horridum. Hildebr. varians. cod. varium. Quod in loco retinendum est. Videtur enim ejus ipsius vocis simitudo fecisse, ut intercideret ventrem. — Pag. 254. cap. 50. (57. p. 267. Orell.): quis hominum credet terra sumptum lapidem sensu agitabilem nullo fuliginei coloris atque atri corporis deum fuisse matrem?" Ursin. atri deum. Hildebr. parvi corporis. Immo vero arti corporis conf. quae supra p. 77. diximus in libr. V. p. 161. cap. 8. add. hujus libri cap. 49. p. 253.: lapis quidam non magnus." Similiter dixerunt Virgilius et Statius artam pellem, cutem Heins. Adv. I. 14. p. 144. et Add. p. 766. Cort. in Lucan. VI. 288. p. 471. Affert autem hic locus memoriam et Dioscoridis Anth. Pal. VI. 220. *Πεσσινόεντος ἀπὸ Φρυγός* (Arnob. p. 253. cap. 8.: Magna mater accita ex Phrygio Pessinunte"), de quo explicavimus Symbol. Critt. in Anth. Graec. VII. p. 17. et Varronis de L. L. V. p. 55.: Megalesia dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo rege Pergami prope murum Megalesion, ubi templum ejus deae, unde advecta Romam." Quae verba in codicibus sic consignata: Pergama (cod. B. Speng. p. 197. Pergami) ibi (ubi Paris. 1.) prope — Megalesion (Megalesium cod. B.) in (ubi cod. B.) templum (templis Paris. 2.), a Spengelio et Muellero nequaquam restituta, quorum ille p. 197.: fort. in delendum", hic p. 79. ita defunctus est negotio: *Πέργαμα* Graecorum Romani mutarunt in Pergamam, ut saepe factum. Megalesion murum Pergamis fuisse, non Romae, noli dubitare. Pessinuntis mentio, quam Varroni obtrudit Scaliger, ab h. l. aliena esse videtur", subit sic reconcinnare: Megalesia dicta —, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo rege Pergami Cybebe (vid. supr. III. p. 15.), propter metroum Magalesion (Lobeck. Pathol. IX. 2, 3. p. 427. *μητρῷον Μεγάλης θεοῦ* conf. Moser. in Nonn. IX. 147. p. 230. Eckhel. Doctr. Numm. II. p. 422.) sive templum ejus deae." Verum quamvis succedente stilo vetor longius in hac parte exspatiari.

Caput XII.

Philetae *Ἑρμῆς, Δημήτηρ, Παίγνια, Τήλεφος. Ἄορ* hasta. Arganthus mons, *Ἀργανθώνη* fluvius. Quid sit *ἀπὸ ἱστορίας, παραδόσεως.* Gargaphie vel Argaphie (Ergaphie) fons.

Postquam Propertii de Philetae carminibus testimonia examinavimus, licet de reliquiis ejus poetae aliqua cursim dicere iis, quae supra exposuimus, maximam partem praemunita. Et primum quidem illa de Mercurio quaestio nondum satis est explicata. Cujus carminis argumentum ad Ulixis errores pertinuisse Bachius p. 32. Meinekius Anal. Alex. Epimetr. II. p. 351. Prellerus Doctr. Encycl. Hal. III. 22. p. 296. conjectura ex Parthenii Erot. capite 2 capta judicarunt, ut tamen „quid titulo indicare voluerit poeta non liquere" faterentur. Jam contemplatio nominum illorum: *ἀφίκετο εἰς Μελιγουνίδα νῆσον — Πολυμήλη τῶν Αἰολίδων τις* p. 299, 24. 300, 6. Mein. conf. Schol. Callimach. Dian. 48. p. 58. et qui *Μελιγουνίς* nomen (Bochart. Chan. I. 27. p. 571. add. Phal. I. 2. p. 13. A.) a mellis proventu factum esse ajunt, Harduin. in Plin. Nat. Hist. III. 14. p. 657. et Spanhem. in Callimach. l. d. p. 163. — nam praetereo Dalecampium Liparam insulam *Μηλογονίδα* propter ovium proventum dictam esse ratum — animum nostrum inclinat, ut quam de Polymela prodidit Parthenius

narrationem, eam referendam esse arbitrer illi persuasioni, qua assuefacti veteres, si quis gregum copia abundare videretur, eum Mercurio aut patre aut conjuge aut tutore benignissimo uti crediderunt, de qua re scientissime commentatus est Welckerus de Phoenic. Colon. Thebas deducta p. 29. not. 67. Quare licet sic existimare, ut quasi inchoatis patriae suae laudibus contexuisse eo carmine Philetam statuamus eam fabularum varietatem, quae pertineret ad Mercurium pecoris custodem, quem *νόμιον* et *ἐπιμήλιον* Graeci vocant. Pausan. ll. 3, 4.: *Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾷν καὶ αὔξειν ποίμνας* et IX. 34, 2. Hermocr. Epigr. ll. 4. p. 229. Anth. Graec. T. ll.: *Ἑρμᾶν Ἀγροῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων.* Schol. Aristid. p. 49, 32.: *Ἑρμῆς πρόβατον ἔδωκε.* Creuzer. Melett. Crit. I. p. 34. conf. Aristid. Or. LV. p. 708, 32.: *τὸν Ἑρμῆν ὡς χορηγὸν ἀεὶ προσαγορεύουσι τῶν Νυμφῶν.* Nam magnum ejus dei honorem fuisse in insula Co „quae erat *πολυθρέμμων* et celebris *δι' εὐβοσίαν*" Bochart. I. Hieroz. ll. 4. p. 90, 18. — mitto enim Geopon. XV. 7, 1. p. 1090.: *ἄριστον μέλι — τοῦ Κώου τὸ Καλύμνιον* — docent cum alia tum Antonini Liberalis caput XV. 216. (4. *ἡ δὲ γῆ πλεῖστον αὐτοῖς ἐξέφερε καρπόν.* 15.: *Ἑρμῆς δὲ ποιμένος ἔχων στολὴν — παρεκάλει παρατυχεῖν εἰς δαῖτα· διδόναι γὰρ ἱερὰ μετὰ τῶν ἄλλων ποιμένων Ἑρμῇ*) et ea res, quod urbs in ea insula extitit Mercurii nomine insignis vid. supr. ll. p. 11. Nec huic, quam proposui, sententiae refragantur aut ea, quae leguntur fragm. 4. p. 36. 5. p. 37. Meinek. p. 350. aut versus illi, qui a Meinekio p. 350. sic correcti sunt: *ἀτραπὸν Ἀΐδεω Ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης,* quos vel maxime adjunctos Mercurii mentioni esse docet Hyginus Fab. CCLI. p. 361. in capite, quo recenset eos, qui „licentia Parcarum ab inferis redierunt: Mercurius — assiduo itinere;" nolo enim Aristaei, quem infantem Mercurius ad Horas Telluremque tulisse traditur (Dissen. in Pind. Pyth. IX. 59. p. 315.), fabula explicanda (conf. Philet. fragm. 17. p. 53. Voss. in Virg. Georg. IV. p. 826. 828.) de Orpheo quiddam suspicari.

Jam quale illud carmen fuerit, magnopere dissentiunt docti homines. Nam postquam aliis „Hermes ille variis metris conscripta carmina continuisse" visus est (Hertzberg. Quaestt. Prop. ll. 7. p. 208.), epicum fuisse id carmen nuper affirmavit Meinekius Anal. Alex. l. d. p. 349. sq. persuasitque et Kramero in Strab. Vol. I. p. 261. et Bernhardyo Graec. Litt. Hist. p. 398. et Prellero l. d. p. 296. a. At enim cohibenda videtur assensio esse ab opinione ejus, qui „quum certissimum esse pronunciet in corrupto illo titulo *Ἑρμηνείᾳ* vel *Ἑρμενείᾳ* apud Strabonem lll. p. 168. aliud quam *Ἑρμοῦ* nomen contineri, idem tamen quamvis multa suspicatus (*ἐν Ἑρμείᾳ, ἐν ἐλεγειῶν πρώτῃ*) neget „a quoquam nisi nova praesidia accedant, reperiri posse, quale id nomen sit." Quin immo in contrariam sententiam non obscure deducit id, quod ex uno codice Parisino enotavit Kramerus ap. Meinek. p. 349. *ἑρμηνείαι.* Quae certa videtur fides esse veritatis a nobis hac emendatione exquisitae: (*μελάγκρανις*) *σχοῖνου εἶδος, ἐξ οὗ πλέκεται τὰ σχοινία. Καὶ Φιλητᾶς γε ἐν Ἑρμῇ μηνύει· Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος· ἀμφὶ δ' ἀραιῇ ἰξὺς εἰλεῖται κόμμα μελαγκράϊνον.*

Non minus autem, quam Mercurio, patriae suae gloriae consuluisse mihi videtur Philetas eo carmine, quod *Δήμητρος* nomine inscripserat. Quo carmine Cereris de rapta filia conquestionem (qualem fere Schilleri habemus) comprehensam fuisse facile assentior Bernhardyo p. 398. et Prellero p. 295. sq.; verum hoc amplius censeo ad argumentum ejus poematis spectare Scholiastam Theocriti VII. 5. p. 904.: *περὶ Εὐρυπύλου δὲ καὶ Κλυτίας ἱστορεῖται, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ — ὑποδεδεγμένοι τὴν Δήμητραν, καθ' ὃν καιρὸν περιῄει ζητοῦσα τὴν κόρην,* de quo loco disseruimus cap. ll. p. 11. (ubi fugit nos commemorare de Arnobii loco etiam Salmasium Exerc. Plin. p. 607. a. D. quaesivisse). Indidem petitum videri Hesychii illud: *Λακτηρίδες· αἱ τῆς Δήμητρος ἱέρειαι* diximus p. 9. De illo quidem fragmento (33. p. 71.) *δράγματα· δέσμαι τῶν ἀσταχύων —. ἀγκάλη δράγματα ἑκατόν, ὥς φησιν Ἴστρος· Φιλητᾶς δὲ ἱστορεῖ ἐκ διακοσίων* nihil temere confirmem.

Παίγνια autem, quorum mentionem a Propertio factam esse supra obtinuimus cap. VI. p. 39., perperam Prellerus p. 295. not. 4. credit a Plutarcho significari Pericl. cap. 2. *Ἀνακρέων ἢ Φιλητᾶς*

(codd. *Φιλήμων*) *ἢ Ἀρχίλοχος*. In quo loco Simonidis nomen reponendum esse fusius disputavimus in Obss. Critt. in Anthol. Graec. XIV. p. 407. Ephem. Cassel. 1845. Qui autem ex lusibus petitus est versus (Athen. V. 192. E.) fragm. 21.: *Θρήσασθαι πλατάνῳ· γαίῃ ὕπο*, is ab Heinrichio Obss. p. 56., quem cum omnes tum Mitscherlichius in Hor. Carm. II. 11, 13. p. 456. Bachiusque p. 56. et Prellerus p. 297. a. sequuntur, hac emendandi ratione: *πλατάνῳ λασίῃ ὕπο* nequaquam videtur suae restitutus esse integritati. Aliquanto propius enim ad veritatem et memoriae fidem (id quod ex iis intelligitur, quae de Maximi Tyrii loco XIX. 9. p. 377. sic corrigendo: *ἐπὶ Κατάνην* — codd. *γῆν* — diximus Electt. Critt. p. 16.) accedit *ταναῇ*. Hesych. II. p. 1345.: *ταναῇ* (cod. *τανεῃ*)· *ἀποτεταμένῃ*. Apollon. Rhod. IV. 604.: *Ἡλιάδες ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισι*. Antiphil. Epigr. XII. 1. p. 157. Anth. Graec. T. II.: *Κλῶνες ἀπηόριοι ταναῆς δρυὸς, εὔσκιον ὕψος Ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις* (*μακραὶ δρύες* Fiorili. in Herod. Jambogr. fragm. X. p. 630.). Orph. Argon. 925.: *φηγοῖο* — *Ὀρπηκὸς ταναοῖο* conf. Plat. Phaedr. p. 338.: *ἡ πλάτανος* — *ὑψηλή* et Mercer. in Aristaenet. I. 3. p. 264. Hor. l. d.: Cur non sub alta vel platano vel hac Pinu jacentes sic temere — Potamus?“ Claudian. Epithal. Pall. et Celer. 34.: „platano namque ille sub alta Fusus inaequales cera texebat avenas.“ vid. Cerd. in Virg. Georg. IV. 146. p. 499. sq.

Nec mediocriter errat Bachius, qui fragmentum 44. ap. Hesych. et Phavorin. v. *Θεσπάλαι· αἱ Κῶαι παρὰ Φιλητᾷ καὶ αἱ φαρμακίδες* in glossis positum fuisse ratus ita disserit p. 74.: *Θέσσαλαι* —. Nimirum Suidas: *Θετταλὴ γυνὴ, ἐπὶ τῶν φαρμακίδων* —. Simile veneficarum genus olim apud Coos fuisse videtur.“ Errorem arguunt et verba *παρὰ Φιλητᾷ* et articulus nomini *Κῶαι* appositus conf. Voss. in Virg. Ecl. VIII. 69. p. 124. Quanto praestabat vel hoc reponi: *Θεσσαλαὶ αἱ γόητες* (conf. Prolegg. Hermog. Rhet. p. 26, 17. Vol. IV.: *ἔλαβε δὲ ἡ γοητεία τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν γόων*. Ald. *γώων*). Nam et Doxopater p. 18, 13. Vol. VI. praecipit hoc: *ἄλλο γάρ ἐστι φαρμακεία καὶ ἄλλο γοητεία* sive Prolegg. in Hermog. l. d. 11. (conf. Niceph. in Synes. p. 363. Albert. in Hesych. I. p. 846. not. 19. „sagae et *φαρμακίδες*“ Salmas. in Tertullian. de Pall. p. 346.) nec inepte vel ex Propertii carmine IV. 5. (conf. Broukhus. in Tibull. I. 2, 42. p. 43.) conjectura capi potest sagarum artes aliquo carmine Philetam complexum fuisse conf. quae significavimus supra cap. X. p. 66. Quem eundem locum bucolicis maxime poetis solemnem fuisse docuimus Valg. p. 287. add. Schol. Paris. Theocrit. II. 69. p. 7. Adert. *τὴν δὲ τῶν φαρμακειῶν ὑπόθεσιν ἐκ τῶν Σώφρονος* (cod. *Εὐφορίωνος*) *Μίμων μεταφέρει*. Nos quidem in ea perseveramus sententia, ut Coas mulieres cognomento antiqui regis Thessali Thessalides (in cujus vocis locum librarii sufficere soliti sunt *Θετταλικάς* Plat. Gorg. p. 513. a. *Θετταλίας* cod. Schow. p. 358. Hesych. I. p. 1706.) vocatas fuisse a Philetа existimemus vid. cap. II. p. 10.

Nec circumspecte scienterque — nam praetereo hic fragmentum 15. p. 50. (*μῆλα Διωνύσου*) a nobis supra cap. III. p. 19. sq. 21. accuratius explicatum — fecit Bachius, quod fragmentum 63. p. 82. ap. Schol. Hom. Il. XXI. 179. p. 574. a. 1.: *ἄορι· τῷ δόρατι. Φιλητᾶς: Καί κεν Ἀθηναίης δολιχαόρου ἀντὶ τοῦ μέγα δόρυ ἐχούσης* locum scribit habuisse in libello, qui fuit *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς Ἐτυμολογίας*. Agnovit eas versus alicujus reliquias Bergkius in Ephem. Darmst. 1841. p. 88., quem laudat Prellerus p. 297. b. not. 8.; verum utrumque fugit extare supplementum ejus versus apud eundem Scholiastam in Il. XIV. 385. p. 403. a. 38.: *ἄορ· τινὲς τὴν τρίαιναν, ἐπεὶ καὶ Ἀρκάδες καὶ Αἰτωλοὶ πᾶν ὅπλον ἄορ καλοῦσιν* [Etym. Magn. p. 116, 33.: *ἄορ, τὸ ξίφος, ὅπλον, δόρυ* conf. Spanhem. in Callim. Del. 31. p. 347.], *ὅθεν καὶ „χρυσαόρου Ἀπόλλωνος“ καὶ „Ἀθηναίης δολιχαόρου ἱερὸν ἄστυ.“* Ex quo loco non dubie existimari potest, quanto apud veteres grammaticos Philetas fuerit honore. Vides enim ab eo Scholiasta, qui in Callimachi mentione plurimus est, Philetae non nominati verba afferri. Quo eodem pertinet ea res, quod vocabuli *νήχυτος* usum et ab aliis et a Callimacho Apolloniοque celebratum (Bernhardy. in Dionys. Perieg. 126. p. 556.) Philetae auctoritate firmare maluit auctor Etym. Magn. p. 602, 40. fragm. 24. p. 59. Itaque hac quoque de caussa maxime lubrica atque

incerta est illa, quam nuper Meinekius instituit Anal. Alexandr. p. 168., ratio „fragmenta ea, quae per Suidae et Etymologi Magni opera diffusa extant, aut Callimacho aut Euphorioni assignandi.“ In qua re quam caute verseris oporteat vel hinc intelligitur, quod versum illum, qui est apud Etym. Magn. p. 41, 28.: *Αἴγδην, πάσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἄμερσεν* Meinekius ignorat esse Apollonii Rhodii II. 826., id quod non fefellit Ruhnkenium Epist. Crit. I. p. 103., haec verba autem Etym. Magn. p. 97, 30.: *ἢ χειμέριον ἁλὲν ὕδωρ* parum idem Meinekius recordatus est repetita esse ex ipsa Homeri Jliade XXIII. 420.; nam omitto illud, quod versus in Etym. Magn. p. 60, 4. positus: *Ὀρφναίῃ ἐνὶ χαλκὸν ἀλετρεύουσα καλιῇ* Apollonii Rhodii esse Anal. Alex. l. d. dicitur, qui est Hesiodi; errare enim ipsum eum, qui nos in Theban. Paradox. p. 82. errasse dicit, intelligi necesse est ex Electt. Critt. p. 13. J nunc et pugna Callimacho potius, quam Phileta (sic enim forte fortuna succurrit) auctore uti Suidam I. p. 127. *ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ* (conf. Bernhardy. p. 251.) et II. p. 334. *οὐδέ ποθι κνηκὶς ὑπεφαίνετο πέπτατο δ᾽αἰθήρ* (Toup. ap. Bernhardy. p. 304.) et Etymologum Magn. p. 94, 42. *πολὺ τρύος ἤλασεν ἔξω* —. *Φίλων*. p. 182, 2. *τῆς δ᾽ὀλοφυρομένης ἀμφ᾽ ἀχνύϊ λείβεται αἰών*. p. 96, 9. *καὶ θῆρες ἀνὰ δρύμα πρηΰνονται* (sive de magico carmine hoc scriptum putas, ut Sabin. Epist. III. 85.: Pascebam tauros interque armenta leones Obstupui placidos vocibus ire tuis,“ sive de pastoris alicujus cantu vid. Cerd. in Virg. Ecl. VIII. 2. p. 143. sq. aut Orphei id. in Georg. IV. 510. p. 557. a. E. Theb. Parad. Coroll. XXII. p. 444.).

Intendatur animus potius huic loco (Etym. Magn. p. 135, 32): *Ἀργαφίης· οἷον Νιψάμεναι κρήναις ἔδραμον Ἀργαφίης. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε ἀπὸ Γεργάφου τοῦ Ποσειδῶνος. τὸ δὲ ἐντελὲς ἐν τῷ Ἑρμῇ κρήνης Γαργαφίης: — ὁ Παρμένιος ἄνευ τοῦ γ. ἢ ἡ ἔλλειψις ἀπὸ ἱστορίας.* De quo loco a Bernhardyo Eratosth. p. 140. sq. omisso cum Bergkio, qui „pentametrum illum et alterum, quod ex Mercurio affertur, fragmentum ad Philetam vel Eratosthenem refert et pro *Παρμένιος* Parmenisci grammatici nomen substituit“ in Sched. Critt. Fasc. IV. (Ephem. Darmst. 1841.) p. 86. non refragante Meinekio Parthen. fragm. XXVIII. p. 283., ita meum judicium discrepat, ut ad Philetam auctorem censeam utrumque versum referendum esse. Nec enim quidquam huic loco adjunctius est mentione Philetae, ex cujus ipsius carminibus petitum idem scriptor in eadem pagina v. 29. posuerat hunc versum: *Ἀργανθών) οἷον Ἀμφ᾽ Ἀργανθώνειον ὄρος* (Apollon. Rhod. I. 1178. conf. exc. Colot. ap. Burm. Prop. p. 190. b.). *τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτὴν φασίν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλητᾶς Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τοῦ ι, οἷον χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ᾽ Ἀργανθώνιον αἶπος.* Nam Sevino et Burmanno in Prop. I. 20, 33. p. 191. (de quibus non commemoravit Bachius fragm. 23. p. 58.) contra Toupium Emend. in Suid. P. I. p. 54. et Meinekium Euphor. fragm. LXXXV. p. 120. et, quem ejus sententiae auctorem esse video, Sylburgium Nott. in Etym. p. 765. („pro *Φιλίας* alibi *Φιλέας*.“ add. Schol. Eurip. Androm. 1. p. 279. Geel. *Φιλίας*) omnino faveo et propter verba *χθιζόν μοι κνώσσοντι* (conf. Hesych. II. p. 289. *κνώσσοντι· καθεύδοντι*) et propterea, quod Phileae nomen conjuncte cum Euphorionis nomine positum, medium autem duorum nobilissimorum poetarum mentioni interjectum: *Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλέας — Σιμωνίδης δὲ* longius a vero videtur abhorrere. Quin sic existimandum est geographum illum non habita poetarum de Arganthonio monte loquentium ratione, quam Strabo quidem XII. p. 564. videtur habuisse, idem nomen usurpaturum fuisse, quod grammaticos: *Κιθαιρών — ὁμοίως καὶ τὸ Ἀργανθών* Etym. p. 513, 30. *Ἀ. ὄνομα κύριον* Suid. I. p. 692, 15. *Ἀργανθὼν ὄνομα ὄρους* Cram. Anecd. II. p. 34, 2. et Arcad. p. 12, 6. *Ἀργαθών* (ubi idem vitium cernitur, quod in duobus codicibus Strabonis p. 557. Vol. II. Kram. et in libris aliquot Stephani Byz. p. 111. Mein. insedit). Suspicor autem *Ἀργανθώνιον ὄρος* ab Euphorione commemoratum fuisse in Chiliadum volumine (in quo ille versus extitit: *Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε Ναναίθοιο*, quem sic reconcinnatum esse ab Valesio in Ammian. Marcell. XXII. 8, 14. p. 457.: *Ἀσκάνιόν τε ῥέεθρά τε Ναναίθοιο* fugit Meinekium Anal. Alex. p. 75. sq. et Steph. Byz. p. 133.), a Phileta autem in Telepho. Nam ut

inutile est id, quod Bachius p. 60. Scholiastae Apollon. Rhod. IV. 1141. p. 615. *φησὶ τὸν γάμον γεγενῆσθαι Μηδείας καὶ Ἰάσονος — Φιλητᾶς ἐν Τηλέφῳ* (cod. Paris. p. 317. *ἐν τῇ λέφῳ*) *ἐν τῇ Ἀλκινόου οἰκίᾳ* reddendum conjectavit *Φιλητᾶς ἁ Τηλέφου* non improbatum Prellero p. 297. b., ita verisimile est rem ab Antimacho in Lyde commemoratam (Schol. Apollon. IV. 1153. p. 616. *Ἀντίμαχος ἐν Λυδῇ πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι αὐτῇ φησὶ τὸν Ἰάσονα*) a Phileta proditam fuisse in eo carmine, quod continuisse videatur originem pervagatissimi illius proverbii, quod „tenerorum amorum lusoribus" maxime celebratum fuit, ut Ovidio Remed. 43.: Discite sanari, per quem didicistis amare; Una manus vobis vulnus opemque feret. — Vulnus in Herculeo quae quondam fecerat hoste, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit" et Propertio II. 1, 65.: Mysus et Haemonia juvenis qua cuspide vulnus Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem" cll. Toup. l. d. et aliis, quos indicant Burmannus in Propert. II. 1, 65. p. 214. Boissonadius in Nicet. Eugenian. III. 251. p. 166. sq. Wyttenbachius in Plutarch. p. 401. add. Eustath. Opusc. p. 120, 22. Gregor. Naz. Epist. 189. p. 888. D. Nicet. Chon. p. 647, 8. Ceterum montem Arganthonem vel Arganthonium Steph. Byz. p. 254, 3.: *Κιθαιρώνιος καὶ Ἀργανθώνιος*, cui loco non intendit Muretus in Prop. p. 142. add. Valg. p. 194. et horum Analectorum cap. I. p. 8.) Propertius I. 20, 33. maluit dicere Arganthum: Arganthi — sub vertice montis", ut auctor Orph. Argon. 635.: *κναμὸς Ἀργάνθου* omissus a Munckero in Antonin. Lib. XXVI. p. 116., non item a Turnebo Adv. XI. 15. p. 336, 15. et Mureto l. d. p. 141. Heinsio Adv. p. 675. Burmannoque p. 191. et, si recte sentit Wernsdorfius p. 763., Himerius Or. XXII. 8. Et extant ejusdemmodi nomina cum alia multa (Cuper. Apoth. p. 287. Gavell. Misc. Obss. Nov. VII. p. 775. Gronov. in Liv. XLV. 26, 10. p. 523. interpr. Apulej. de dogm. Plat. p. 180. b. et deo Socr. p. 161. b. Hemsterh. in Aristoph. Plut. p. 207. add. Eustath. in Hom. Il. VI. 184. p. 635, 40. Ebert. Sic. p. 92. sq. Lobeck. Aglaoph. p. 996.) tum *Λάκμος* et *Λάκμων* (Hecat. fragm. 70. 71. 72. p. 63. sq. Klaus.) Gavell. l. d. p. 794. Wesseling. in Herod. IX. 92. p. 1104. *Ἴστρος* et *Ἴστρων* Meinek. in Steph. Byz. p. 341, 3. *Ἕρμος* et *Ἕρμων*, quod non solum apud Ducam legitur p. 97. A., quem testem dederunt Viri Docti Steph. Thes. p. 2047. D. Vol. III., verum etiam apud Annam Alex. XIII. p. 413. B. et in tabula Theodosiana ap. Oberlin. in Vib. Sequestr. p. 120. Reliqui vocarunt Arganthonen, quemadmodum extat *Γυρτὼν* et *Γυρτώνη*, *Ἰτὼν* et *Ἰτώνη* Gavell. et Staver. l. supra cap. I. p. 8. d. Antonin. Lib. XXVI. p. 225, 14. *τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης*. Steph. Byz. p. 50, 33.: *Ἀργανθών* (male Westermannus *Ἀργανθώνις*, ut antea et alii et Burmannus atque Wernsdorfius l. d.) — *λέγεται καὶ Ἀργανθώνη καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὸ ὄρος*. conf. Eustath. in Dionys. Perieg. 322. p. 150, 18. *Μυσοῦ υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας, τῆς ὀρεσιβίου*, quae verba parum deliberate attentavit Valckenarius Diatr. p. 104. not. 6.; spectant enim ad fabulas cum aliorum scriptorum, tum ipsius, ut intelligere videor, Philetae, quibus celebrata olim fuit memoria nobilissimae illius venatricis, de qua diligentius prodidit Parthenius capite XXXVI. nequaquam adhuc a doctis viris perpurgato. Nam quae p. 181, 17. leguntur: *τέλος δὲ εἶτα καὶ ποταμῷ προσιεμένη διὰ λύπην ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη*, ea ab aliis aliter correcta (*τέλος δὲ καὶ* Heyn. *προσημένη* Legrand. *εἶτα δὲ καὶ ποταμῷ προσιεμένη τέλος διὰ λύπην* Schneid. *τέλος δὲ ἐκτακεῖσα ποταμῷ* vel *ἐτάκη ποταμῷ — λύπην καὶ ἐξ* Jacobs. *τέλος δὲ ἀπείπασα καὶ ποταμῷ προσημένη* Meinek. p. 337.) hac demum ratione videor vere reparare: *τέλος δὲ ἐκτακεῖσα ποταμὸν προϊεμένη — ἀπηλλάγη*. Fidei autem constituendae sedes et fundamentum est Simonidis (fragm. 193. p. 799. Bergk.) vel, si Schneidewinio credendum est, Simmiae ille versus, qui est in Etym. Magn. p. 135, 30.: *Σιμωνίδης δὲ ποταμὸν φησίν, οἷον, Πίσεα ποιήεντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης*. Sed his, quibus de auctore illius versus: *Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος* existimavimus, satis videmur explicasse, quid sit, quod in illo de Argaphie loco Philetae verba ab Etymologo allata esse statuamus. Accedit, quod et insolita haec oratio: *Ἀργαφίη οἷον Νιψάμεναι — τὸ δὲ ἐντελὲς ἐν τῷ Ἑρμῇ — ὁ Παρμένιος ἄνευ τοῦ γ* (certe dicendum erat *ὁ γοῦν*

Παρθένιος), quae oratio mire differt cum pag. 288, 57.: *Δρύψελλον· τὸ λέμμα. Παρθένιος Οὐδὲ πόροι — καταχρηστικῶς δὲ καὶ φύλλον — ὁ Παρθένιος*, et manifesta temeritas credentium potuisse librariorum levitate accidere, ut Parthenius, quem ipso Etymologici auctore nemo frequentius auctorem citavit, cederet grammatico alicui, cujus longe obscurior esset fama, prohibet ac vetat ad Parthenium intendi cogitationem. Cui sententiae egregie suffragatur Phavorinus, quem non neglectum a Schradero Add. in Mus. p. 293. miror a doctis omnibus silentio transmissum esse. Namque „compilavit verba Etym. Phavorinus ad verbum: tantum pro *Γαργαφίης* scribit *Ἀργαφίης* reliquis omissis" Schrad. l. d. Vides igitur Phavorinum in iis ipsis acquievisse, quae nominum *Ἀργαφίης* et *Γαργαφίης* poetarum auctoritate firmandorum essent, eam vero partem, qua grammaticum egit Etymologici auctor, praeterisse, quod non futurum fuerat, si ejus ipsius poetae, cujus non nominati testimonium in exordio positum est, nomen illa parte contineretur. Quod autem Meinekius p. 283. addit: pro *Παρμένιος* aequo jure *Παρμενίων* scribendum esse suspiceris, quod haud incelebris grammatici nomen est", id repudiandum videtur propterea, quod Etymologici auctor Parmenionis mentionem fecit omnino nullam, fecit vero Parmenisci in loco paulo inferiore p. 138, 10. (add. Schol. in Eurip. Troad. 220. p. 305. Geel. *ὁ δὲ Παρμενίσκος τὴν Σικελίαν ἀντήρη τῆς Φοινίκης φησίν* et qui multiplicem ejus doctrinam fuisse declarant Vossius de Hist. Graec. III. p. 397. Boissonad. Steph. Thes. p. 526. A. Vol. VI. Bergk. l. d. p. 87.). Quid jam dicam de Osanno, qui haec effutivit de Eratosth. Erigon. p. 37. conf. p. 135.: Postquam Mercurius carmen excitatum est, quod per me licet pro Eratosthenico opere habeatur, affertur auctor ejus versus, qui primo loco appositus est, et quidem ita, ut cur a vulgari vocis scriptura *Γαργαφίῃ* Pausan. IX. 18. ille recesserit, caussa aliqua ab ipso Etymologo addatur *ἢ ἡ ἔλλειψις ἀπὸ ἱστορίας* hoc sensu: Parthenius quum fontis nomen sine *γ* exhiberet nescio quam rationem sequutus est, nisi id fecit propter caussam aliquam ex historia petitam, quae qualis sit statim dicam [nimirum Ovid. Met. III. 156. ille affert]. Modo dicendi plane eodem Etymologus usus est in eodem scriptore laudando p. 117, 39. *ἀφ' οὗ καὶ — ἀνατολικῶν ὄντων*"? Quae opinionum commenta redarguere quum supervacaneum sit, attinet tamen, quo plane perspiciatur quam reconditae fabulae quam praeclaram opportunitatem Osannus sit consectatus, hoc adjicere doctissimum virum dedita opera in explicando Etymologi loco versatum ne id quidem compertum habuisse, quae veterum grammaticorum fuerit loquendi consuetudo. Qui quam sententiam voci *ἱστορία* subjecerint, declarat ipse Etymologus p. 792, 1.: *ἰστέον δὲ ὅτι ἡ ἱστορία διττή ἐστιν· ἔστι γὰρ ἡ χρῆσις, ἥτις καὶ ὡς ὕλη ὑπόκειται τῇ ὀρθογραφίᾳ. λέγεται δὲ ἱστορία καὶ ἡ μαρτυρία τῶν ἀρχαίων καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, ἥτις καὶ ὄργανόν ἐστι τῆς ὀρθογραφίας. διὰ τοῦτο καὶ ἔσχατον τέτακται ἡ ἱστορία, ἐπειδὴ οὐκ ἀεὶ κεχρήμεθα αὐτῇ, ἀλλ' ὅτε οὐ δυνατόν ἐστι τὴν λέξιν διὰ τῶν ἄλλων κανόνων ὀρθῶσαι, ἀναλογίας, διαλέκτου ἢ ἐτυμολογίας* et p. 816, 55. *ἱστορία δέ ἐστιν ἡ τῶν παλαιῶν χρῆσις* et p. 815, 18. *χρῆσις μὲν γὰρ λέγεται ἡ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων μαρτυρία· παράδοσις δὲ ἡ τῶν γραμματικῶν. Ἀπὸ ἱστορίας* igitur sic dictum est, ut *ἀπὸ παραδόσεως* Etym. Gud. p. 500, 33. conf. *κατὰ ἱστορίαν, παράδοσιν* Magn. p. 791, 56. 792, 1. Gud. p. 499, 30. Quibus satis explanavimus rem ut perscriptu dignissimam, ita in Steph. Thes. p. 698. Vol. IV. praetermissam, non item, si recte memini, a Bergkio l. d. p. 88. Superest, ut leve vitium eximamus de Etymologi verbis his: *τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε ἀπὸ Γεργάφου τοῦ Ποσειδῶνος.* Facile enim intelligitur *Γεργάφου* hic non magis recte scribi, quam a Phavorino *Ἀργαφίης* eo loco, qui debetur nomini *Γαργαφίης* conf. Schrad. l. d. Jtaque sic existimandum est fuisse olim, qui Ergaphien (*ἀπὸ Ἐργάφου*), quam Argaphien mallent loqui (conf. Salmas. in Herod. Attic. Inscr. p. 83. *Αὔας* et *Γαύας* Meinek. Anal. Alex. p. 282. add. Tzetz. in Lycophr. 448. p. 617. *Σάτραχον — τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε γράφουσι Σέτραχον*); nec aliter sentiunt Sylburgius Ind. p. 922. et Siebelisius in Pausan. IX. 4, 2. p. 14. Ergo his ita deliberatis compertum est Philetam alicubi dixisse: *Νιψάμεναι κρήναις ἔδραμον Ἀργαφίης*, in Mercurio autem *Κρήνης Γαργαφίης.*

Quamquam prior locus dubitandi materiam praebet. Quod enim Bergkius l. d. p. 86. Meinekiusque p. 282. scripserunt *κρήνης*, id videtur incautius factum esse. Certe et Sylburgio Nott. in Etym. p. 765. tolerabile visum est *κρήναις* sic loquuto: potest etiam *κρήνης* legi" nec latet et *κρήναις* recte dici, ut *Διρκαῖαι κρῆναι* Theban. Paradox. II. 6. p. 198. et *νίψασθαι κρήναις*, ut apud Pausaniam VIII. 25, 4. *λούσασθαι τῷ Λάδωνι* conf. Siebelis. p. 276. Himer. Ecl. XIX. p. 226. *τοῖς νάμασι λούσασθαι*. Moer. Atticist. p. 414. *τὸ ὕδωρ ᾧ νιπτόμεθα*. Gargaphia autem „una comitum Dianae gratarum, a quo locus iste amoenissimus nomen accepit" Vet. Schol. Stat. Theb. VII. 273. p. 697. Barth. conf. Burmann. in Ovid. Met. III. 156. p. 184. (quem locum expressit Lotichius Eleg. II. 10, 38. p. 148.) Duebner. in Stat. l. d. p. 316. Lactant. Narr. Fab. III. 1. p. 804. et Mythogr. II. 81. p. 103, 12.: in valle Gargaphiae". conf. Martian. Capell. VI. 653. p. 534.: Aganippe, Gargaphie", ubi perperam haec a Grotio dici: alii Gargaphiae. Sic *Θήβη, Θῆβαι, Μυκήνη, Μυκῆναι*" intelligitur ex horum Analectorum capite VIII. p. 52. sq. Deinde et propter orationis dissimilitudinem *κρήναις Ἀργαφίης νιψάμεναι*: *τῆς Ἀργαφίας κρήνης ἀπονιψάμεναι* et propter sententiam, quae inest in verbo *ἔδραμον* (conf. Menophil. ap. Stob. Floril. 65, 7. T. II. p. 434. *Χαρίτεσσιν Ἐρχομέναις πρὸς Ὄλυμπον Ἀκιδαλίης ἀπὸ πηγῆς*. Nonn. XLI. 291. p. 1068, 29. *Χάρις προθοροῦσα συνέμπορος Ἠριγενείῃ Εὔρου κόψε θύρετρα*), dubito an Alciphronem III. 1. (Theb. Paradox. Coroll. VIII. p. 380.) statuam solum nomen Argaphiae sive a Phileta sive ab alio scriptore sumpsisse idque in testimonium lavantium Gratiarum contulisse, quod et ad Actaeonis memoriam non minus quam Acidalius fons pertineret Argaphia (Theb. Paradox. l. d.) et tam liquidae et perlucidae aquae esset, ut Parthenius fons diceretur (Theb. Paradox. p. 379. et II. 6. p. 188. Ruhnk. in hymn. in Cer. 99. p. 20. Nonn. V. 479. p. 168, 20. *Λούετο μὲν καθαροῖσιν ἐν ὕδασι*. 485. p. 168, 26. *γαληναίῳ — ῥεέθρῳ*). Quod si recte dubitatur, recordanti exemplum Ovidii Met. III. 171.: Excipiunt laticem — funduntque capacibus urnis Dumque ibi perluitur solita Titania lympha: Ecce nepos Cadmi — Pervenit in lucum. — Viso nudae sua pectora Nymphae Percussere viro subitisque ululatibus omne Implevere nemus circumfusaeque Dianam Corporibus texere suis" conf. Lotich. l. d. 43. p. 149. et Nonni V. 307. p. 158, 8. *τὸν μὲν ἀνείμονος εἶδος ἀνάσσης Ὄμματι μοιριδίῳ δεδοκημένον ὄμματι λοξῷ Νηϊὰς ἀκρήδεμνος ἀπόπροθεν ἔδρακε νύμφη Ταρβαλέη δ᾽ ὀλόλυξεν — ἡμιφανὴς δὲ Ἄρτεμις ἁρπάξασα σὺν εἵματι κυκλάδα μίτρην — ἔσκεπε μαζούς* et 484. p. 168, 25. *Νηϊάδες δ᾽ ὀλόλυξαν ὁμήλυδες* hoc succurrit, ut quod et aliis in locis factum est Wesseling. Obss. I. 22. p. 90. Gessner. Orph. Argon. 801. p. 114. Wernick. in Tryphiod. 570. p. 438. et in illo ipso, quem modo attulimus, Nonni versu: *ἔδραμε νύμφη*. Falkenb. p. 1321. *ἔδρακε*, idem hic accidisse arbitrer, ut fieret *ἔδραμον*, quod fuerat *ἔδρακον*.

Quod restat, Philetae et diligentiae assiduitate et eruditionis subtilitate et carminum genere simillimum fuisse Helvium Cinnam in hujus ipsius commentariis obtinebimus, ubi locus erit verius expediendi de illa, quam delibavit magis quam tractavit Weichertus Reliqq. Poet. Lat. p. 185., Smyrnae obscuritate.

Addenda.

P. 3. sq. (v. 18. 39.) Dores Cic. de Rep. II. 4. (Doriis, ut Fest. v. stuppam p. 317, 33., Lachmann. in Lucret. V. 85. p. 280.) Aquil. Rom. de Fig. 47. p. 222. Frotsch. Dorenses Solin. cap. 2. p. 10. A., quem omisit Lachmannus l. d. p. 280. 281. Dorici ignes Senec. Agam. 612. bellum Ammian. Marcell. XXII. 8, 12. p. 280. natio Martian. Capell. IV. 335. p. 333. columnae Vitruv. IV. 1. carmen Sidon. Apollinar. Epist. IX. 15. p. 609. Doris Malea, quo loco cap. V. p. 33. diximus. Doros extare apud Festum v. Picati p. 206, 3. addit Lachmannus l. d., qui quidem neque apud Vellejum Aeolii neque apud Gellium Dorici ferri posse ait immemor ille Melae I. 18. et Servii in Virg. Aen.

VI. 2. a nobis allati. Jdem p. 280. nunc Hauptio assentitur „Catullum non scripsisse Doris choreis pro Doriis aut Dorisin“.

P. 5. v. 39. Eodem modo in eum locum, de quo quaeritur cap. III. p. 15. sq., librarii intulerunt clausas puellas, quod legitur in eleg. III. 2, 49.

P. 6. v. 31. sq. Aliter atque Dindorfius sentit Lobeckius Pathol. X. 14. p. 480. not. 70.: Diodorus retinuit poeticum Ἀλωιάδαι pro usitato Ἀλωάδαι vel Ἀλωεῖδαι“. Jdem p. 470. not. 59. de Oilidae nomine haec subjecit: Οἰλιάδης pro Οἰληιάδης successit, hoc pro Οἰλείδης, ut Πηληιάδης“.

P. 7. v. 28. Jdem, quod Meinekius (Ἀμυκλαΐδαι), proposuit Lobeckius Pathol. VIII. 5, 2. p. 397. Rem, quam exsequutus est Meinekius, attigit olim Servius in Virg. Georg. IV. 125., minus percepit Perizonius Animadv. Hist. IX. p. 407. sq. — V. 43. De nomine Ἀντιγενείδης Lobeckius commemoravit Pathol. VIII. 5, 1. p. 394. et Add. p. 523.

P. 8. v. 34. Conf. Avien. Descr. Orb. 117.: populis caput Aeneadarum.“ Lachmannus quidem in Lucret. III. 917. p. 193. et V. 85. p. 281. et VI. 767. p. 392. sibi persuasit ut alios duabus syllabis: litoris Antium, Eppia ludium, ita Lucilium quattuor syllabis dixisse Dicaearchium.

P. 12. v. 14. 44. Pro Boeckhio nominandus erat Lachmannus. vid. comm. in Lucret. IV. 1130. p. 270.

P. 13. v. 7. Ejusdem Vibii locos longiore disputatione posita in Subsic. II. Schneidew. Philol. p. 720. sqq. emendavimus hos: p. 19. Taras Epiri (Cinnam. III. 7. p. 60. B.). p. 28. Babagora Dyrrhachii (Ann. Comnen. IV. p. 122. A. Wesseling. in It. Hieros. p. 608.). p. 32. Pelacus Dyrrhachii. Petra Dyrrhachii. Rhamnianus Scodrae (Jriart. Matrit. cod. p. 305. col. 2.). p. 33. Stympha Molossiae (Aristot. Mir. Ausc. 145. p. 295. Τυμφογενής). — V. 27. Epigr. CCCCLXXXVII. 5. Anth. Graec. T. IV. p. 221.: Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο Κυκλωπείη τε Μυκήνη.

P. 14. v. 37. Lobeckius quidem Pathol. X. 14. p. 477.: Atrias, Atreis vid. Cassiod.“ praetermisso Pompeji loco. Jdem in Add. ad eum locum p. 524. idem affirmat, quod subtiliore quaestione Obss. Critt. in Anth. Graec. XII. p. 234. sqq. Ephem. Philol. Cass. obtinuimus apud Damagetum Anth. Pal. VIII. 497. scribendum esse: ἀκτῇ Θυνιὰς ἢ νήσων Ποντιάδων τις.

P. 15. v. 13. Scholiastae Hesiod. locum praeteriit etiam Lobeckius Pathol. p. 215. not. 16. et p. 216., ubi attulit Theodosii, Herodiani de Dichron. T. III. p. 291. Theognosti p. 113, 31. de nomine Αἰητίνη testimonia. Etiam adjiciam apud Hyginum Fab. CXLV. p. 252.: Ex Phoroneo et Cinna nati Apis et Niobe“ nomen Oceaninae (Oceanina intpp. vett. Virg. Ecl. VII. 37. p. 75, 21.) vel Oceanitide reparandum esse vid. Perizon. Animadv. Hist. IX. p. 408. sq. — V. 25. Nec Lobeckius non quaesivit vitio velamentum ita argumentatus Pathol. VIII. 5, 2. p. 400.: Κοδρίτης, Κρονίτης [conf. cap. I. p. 7. h. Anal.] aberratio est a typo patronymico ad gentilicium eademque licentia Aristophanes Carcini filium Καρκινίτην usurpavit, Propertius Jcarii filiam Jcariotin vulgoque Oceani prolem Oceanitidas vocant.“ — V. 38. Verum recte de Propertii loco (III. 11, 23.: Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella Nec fida Euadne nec pia Penelope“) statuit Lachmannus p. 283.: Viri docti corrigunt: hic nulla pudica est. Sed locus ab interpunctione laborat. Scribe: hic nulla puella Nec fida Euadne“ idemque praecepit Lachmanni nomine sublato Hertzbergius p. 321.; ante hos et Broukhusius Barthiusque et Ouwensius Noctt. Hag. III. 14. p. 478. sq. disputans de Eleg. II. 5, 17.: Nomine vero puellarum poetae, praecipue Propertius — appellant omnes feminas juvenculas, quarum aetas amoribus apta est sive nuptae fuerint sive innuptae sive castae sive impudicae, sive denique amatoribus et maritis fideles sive perfidae. Vid. mox v. 21. Sic infra III. 11, 21. puella et nupta permutat eadem significatione, ut hoc ipso disticho [vid. Rittershus. in Gunth. Lig. VII. 377. p. 141. sq. Barth. Adv. XXXVIII. 6. p. 1727. intpp. Apulej. Met. IX. p. 628. (791.) Ruhnk. Ovid. Her. I. 115. p. 10.]. Sed intendendum acrius est ei rei, quod et in aliis libris Burmanni p. 620. et in Neapolitano Dresdensique

et Hamburgensi legitur: hoc genus", quam rem ne Hertzbergius quidem expendit, qui in Quaest. III. 5. p. 236. „trium horum librorum consensum tanti faciendum existimavit, ut si bonum sensum communis eorum scriptura praeberet, vel Groningano eam praeferret." Nec dubium videtur esse, quin melior Propertii oratio evadat suscepta ea voce, quae in optimis libris manet adjunctaque exigua quadam mutatione, de qua dictum est a Cortio in Lucan. II. 556. p. 280. et VI. 51. p. 8. conf. Oudendorp. in VI. 164. p. 436. et a nobis in Valg. p. 431.: Hoc genus en fidum nuptarum. Hic nulla puella Nec fida Euadne nec pia Penelope."

P. 16. v. 22. Senec. Controv. I. 2. p. 52. Schott.: age, si quis hoc ipsum concupivit, quod virgo eras? age, si quis ne negare posses, ferrum appulit?" Firmat autem emendationem nostram Hygini Fab. XXXV. Claudiani Eutrop. I. 102.: frustraque rogantem" liber prior Moreti (Heins. p. 382.), in quo est negantem.

P. 17. v. 6. Lucan. X. 48.: Quam nunc pila timent." Vratisl. (Web. p. XLVIII.) qua. 218.: auctusque suos non ante coarctat, Quam nox aestivas a sole receperit horas." Guelf. p. LV. qua. Ovid. Trist. III. 14, 8.: Quaque potes." Burm. p. 601.: Quamque etiam Bernens. ut saepe alibi." — V. 42. Etiam Lennepius in Ovid. Her. V. 74. p. 192.: sua saxa vocat, quae Jdaeum antrum Propertius, ubi quin Oenone significetur, equidem nullus dubito."

P. 19. v. 3. Egregie nostrae emendationi (Prop. II. 23, 91.) suffragatur Claudiani locus Jdyll. VI. 75.: Sive pari flammas undarum lance rependens", ubi septem codices Heinsii p. 856. parens.

P. 22. v. 15. In Attii versu verba Maja nemus retinuit Achilles Statius in Catull. LXIV. p. 232. — V. 43. Eadem, quae apud Eustathium, extant apud Pollucem IX. 122. p. 1108. *φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοαὶ καὶ φίττα Μελίαι* et 127. p. 1112., ubi Hemsterhusius p. 1113.: *ῥοιαὶ* quae sint, res est incerta"; recte vero Lobeckius Pathol. IX. 11. p. 466.: Dryades ipso arborum, quibus praesunt, nomine invocantur."

P. 24. v. 17. Senec. Agam. 908.: Sol currit — Thyestea via." Claudian. Pr. Cons. Stil. II. 213.: militis ense Bacchati laniant Pentheo corpora ritu." De pomorum vi autem add. Markland. in Stat. Silv. III. 1, 160. p. 266.

P. 26. v. 11. Nec in Pathol. X. 11. p. 465. sq. quidem id nomen attigit Lobeckius. Jdem autem invenio apud Vet. Schol. Stat. IV. 757.: Nymfa paludis, quales Elides aut Lemnias appellantur", ubi Barthius p. 1255.: Error in voce Limniadum aut Heliadum nymfarum corrigi facilis." Nimirum grammaticus ille et *Λιμνιάδας* commemoravit et, quas alii vocant *ἑλειονόμους, Ἑλειάδας,* ut *Ὀρειάδας*. Jdem Lobeckius I. 1. p. 18. not. 24. Sophoclis Antig. 1125. verba: *ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος* in eandem sententiam explicavit, in quam nos in Theb. Rer. Specim. p. 9. sq., ubi agrum foetum Cadmo Stat. Theb. IV. 435., *λόγχης πεδία* (sic enim appellat poeta nescio quis ap. Plutarch. Reip. Ger. Praec. XVII. Vol. XII. p. 173. *τάδ' οὐχὶ λόγχης πεδίον, οὐ τάδ' αἱ πάλαι Σάρδεις* et, ut videtur, Procop. Epist. ad Mus. ap. Meurs. Misc. Lac. II. 2. p. 95.) docuimus non multum abfuisse ab Electris portis et Ismeno fluvio (quod nomen Livio XLII. 12.: altero ad Ismenum augustissimo — in templo" freti codicibus Apollodori III. 6, 8. Heyn. p. 633. reddidimus p. 13.). — V. 30. Scribendum est: cap. XII.

P. 27. v. 38. *Ἐφυδρίδες* restituit Hesychio v. *Ναΐδες* II. p. 650. Lobeckius Pathol. X. 11. p. 466. not. 53.

P. 28. v. 36. Jdem tenet Ars Consentii XV. p. 29. atque Pompeji Commentum. Ejus erroris autem, quo scriptum est apud Virgilium in eo versu, quem reprehensione carere consentit Lachmannus in Lucret. V. 1006. p. 326., immanis pro in manibus, alia exempla allata sunt in cap. XI. horum Anall. p. 77. Add. Coripp. Joann. II. 217.: tot crebris ignibus ardens Nimbus." Trivult. crebribus. Apulej. Met. VI. p. 392.: Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens." editt. inquistionibus.

P. 30. v. 3. 16. De Coo nomine breviter commemoravit Jebbius in Aristid. Ll. p. 580. Dind., accuratius Lachmannus (pro quo Boeckhium v. 3. nominavi) in Lucret. lll. 374. p. 159.: veteres non pauca diphthongo Graeca extenuata protulerunt, ut plateam, gynaeceum — et quod maxime mirum est, Coo sive Chio (quod in Ambrosiano esse Geppertus mihi indicavit) adjectivum disyllabum priore correpta in Poenulo lll. 3, 86., sed Coo Stat. Silv. I. 2, 252. est a recto *Κόως* eodemque modo scriptum in Cic. ad Attic. Epist. libro IX. 9, 2." Qui hoc reliquum habuit, ut adjiceret rem, quam notavit Buhlius in Fest. Avien. p. 330.: vocis Chius eosdem modulos esse apud Avienum Arat. Phaen. 251.: Huc falcata Chii repserunt cornua monstri" et 1136.: Curva Chii coelo cum surgunt brachia signi." Ipse jam addo Ampel. Vl. p. 14.: Coos, Chios." Anecd. Cram. ll. p. 49, 14. *Κόος ὄνομα τόπου· γέγονεν δὲ ἀπὸ τῆς Κέος τροπῇ τοῦ ε εἰς ο ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου.* Conr. Schneid. Lat. Gramm. ll. 1. p. 77.

P. 32. v. 40. Miseros elata per ignes" in Propertii loco retinuit etiam Musgravius in Soph. Electr. 125. p. 372. Lond.

P. 33. v. 34. Bajas aquas dixisse Propertius videtur etiam Sternio Symb. ad Gramm. Lat. Poet. 18. p. 16.; nam omitto Hildebrandum in Arnob. lll. 10. p. 268. — V. 42. flavis vadis probavit Schraderus Animadv. in Mus. XV. p. 268. sq. nimirum idcirco „quod fluviorum epitheton proprium id esse nemo paulo humanior nescit;" improbavit Ouwensius Noctt. Hag. lll. 15. p. 489. sq. haec p. 482. argumentatus nequidquam: Quum color flavus in aquis semper sit ab excitata arena — et fluvius natura sua sit adjectivum, ut pluvius et quum substantive subandiendum ponatur amnis, ut in antiqua fluvia Non. Marcell. p. 207. 73. [Lachmann. in Lucret. V. 1006. p. 326.] similiter aqua, nescio an recte fluviis retinuerit et explicaverit Passeratius, licet argutari id vocet Heinsius in Ovid. Am. lll. 6, 7. — Nec video, cur minus recte Propertius vada fluvia dicere potuerit pro vadis fluminis, quam Lucanus vada fluminea pro eodem Vlll. 36."

P. 34. v. 4. Add. Hom. Od. XXIV. 44. *καθήραντες χρόα καλὸν Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι· πολλὰ δὲ σ᾽ ἀμφὶ Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοὶ κείροντό τε χαίτας.* — V. 26. Scribendum: ignorat non solum Varroni ab Barthio Adv. XLl. 14. p. 1844., sed etiam ab Salmasio Fabiano ipsum illud ardidus redditum esse.

P. 35. v. 8. Eadem mens est Lachmanno in Lucret. lll. 374. p. 161.: peccavit, qui nimis improprie scripsit Aprico frigore [apricum spiritum calidiorem dici ab Ammiano adnotavit Wagnerus XXll. 16, 14. p. 515.]: a Propertii manu esse puto —: pater Tetricus", quorum quidem verborum usus ne hic quidem exemplis firmatus est. — V. 34. Marsya legitur etiam apud Horatium Sat. I. 6, 120., quem solum testem dedit Sternius Symb. ad. Gramm. Lat. Poet. 3. p. 6., et Juvenalem IX. 2. et quos attulit Dausquejus in Sil. Jtal. Vlll. 515. p. 365., Ovidium Met. Vl. 400. et Martial. ll. 64, 8. Add. Pelia Senec. Med. 276. Scriptum autem olim fuisse borealtas intelligitur ex ea disputatione, qua Ausonii verba Epitaph. XXXV. 10.: (Pegasus hinc dexter currat tibi, laevus Arion Funis eat" sic corrigenda esse: laevus Arion; Fune is eat" evicimus Subseciv. V. Schneidew. Philol. p. 735. Conf. Valg. p. 506. b.

P. 40. v. 2. In eo Propertii loco „laudat unice atque amplectitur elegantem Mureti restitutionem: Amphiaraeae nil prosunt" Naekius in Valer. Cat. p. 315., Lachmannum autem ne nunc quidem suae emendationis poenituit vid. Comm. in Lucret. lll. 725. p. 181. Licet adjicere eundem Lachmannum in Lucret. lV. 568. p. 242. Claudii Quadrigarii fragmentum e Lactantii commentariis Stat. Theb. Vlll. 1. petitum protulisse, quod nos feceramus Valg. p. 208. not. 14., ante nos autem Hemsterhusius ap. Peerlkamp. in Virg. Aen. lX. p. 218. — V. 22. Add. Senec. Hipp. 810.: Spartanum Cyllaron. — V. 35. Scribendum: Declarat Plinius.

P. 41. v. 30. In eo Anthologiae Latinae loco (ll. 176, 9.) scribendum esse: Maeonique suum docuimus Subsciv. lV. Schneidew. Philol. p. 727.

P. 42. v. 44. Scribendum: tumulos Maronis (Wagner. Quaestt. Virg. IX. p. 407. sq.)." De glossa autem: sacra ἱερὸν" fortasse alius sic existimabit, ut sacram (epistolam) ἱερὸν (γράμμα) dici interpretetur Cang. Gloss. III. p. 658.

P. 43. v. 33. Conf. Dial. de Corr. Eloq. 20.: poeticus decor — ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus."

P. 45. v. 39. Conf. Clem. Alexandr. Adm. ad Gent. p. 14. A. πόπανα — χόνδροί τε ἁλῶν καὶ δράκων ὄργιον Διονύσου Βασσάρου.

P. 46. v. 36. Nec ad probandam Hertzbergii sententiam quidquam adjuvat auctoritas Apuleji, cujus loci animo subeunt hi: Met. IV. p. 272.: tergus omne rasura studiosa tenuamus" et VI. p. 292.: currum, quem ei Vulcanus aurifex subtili fabrica studiose poliverat — limae tenuantis detrimento conspicuum et ipsius auri damno pretiosum" (conf. Cic. Brut. 82.: oratio nimia religione attenuata" et Ellendt. Explic. 55. p. 396.). Conf. IV. p. 270.: pauperies — tenuato ventri cogit — dapes gratuitas conquirere". Stat. Theb. X. 44.: lupi — quos — fames longo tenuavit hiatu". Sil. Jtal. XIV. 635. et Coripp. Joann. V. 322.: ossa — siccis tenuata medullis". Ovid., qui in ea voce usurpanda multus est, Am. I. 6, 5.: Amor tales corpus tenuavit in usus". Sidon. Apollinar. Carm. XVI. 121. p. 161.: Lubrica crura cui tenuat sub compede carcer." Savar. in Epist. VII. 17. p. 474. Heins. in Sil. Jtal. I. 396. p. 35.

P. 50. v. 32. Scribendum: Burmanno in Valer. — et Peerlkampio in Virg. Aen. VII. p. 34.

P. 51. v. 8. Vid. Heins. Claud. Fesc. 11. p. 272. et Burm. —

P. 52. v. 34. Ausonii mentioni subjungo Casaub. in Pers. Prol. p. 38.

P. 54. v. 43. Vocis paginae usum brevius attigit Petersenius in Sarisb. Entheth. p. 92.

P. 64. v. 12. Plin. Nat. Hist. XV. 18, 20. p. 59. Vol. III.: quae nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris.

P. 66. v. 29. Scribendum: Plin. Epist. VIII. 20, 9. V. 6, 39.

P. 67. v. 18. Scribendum: Cerda — et Wagnerus p. 203.: mutata flumina dicuntur, quae a suo cursu deflectuntur in alium cursum."

P. 68. v. 12. Scribendum: Cerdaeque — et Ursini Virg. III. p. 75. — V. 24. Lactant. — et Mythogr. I. 18. p. 6, 1.

P. 69. v. 4. Virg. Aen. IX. 775.: cui carmina semper Et citharae cordi numerosque intendere nervis." — V. 5. Virg. Aen. VI. 128.: superasque evadere ad auras Hoc opus, hic labor est" et, qui idem dixit, Ovid. Art. Am. I. 453.: Hoc opus, hic labor est primo sine munere jungi. — V. 24. Etiam Orpheus sidera duxisse perhibetur a Manilio Cerd. in Virg. Georg. IV. 510. p. 556. a. G., cujus parum memor fuit Wagnerus in Ecl. VIII. 4. p. 203.

P. 70. v. 30. Jdem Meinekius apud Stephanum Byz. v. Ἄβαι edidit p. 1, 5. ποταμὸς Ἰταλίας (Ἀλβανίας), quod verius scribi videtur Ἀπολλωνίας (Rhed. αλίας), ut alias explicatius dicemus. Arcadio quidem p. 21, 9. Ἄβας nomen reddere occupavimus Valg. p. 421.

P. 72. v. 12. Scribendum; Eadem arte Bacchus Nicaeam et Indos (Nonn. XIV. 418. p. 410, 14.) cepit. — V. 18. Verba: Acdestis — eo, quo fuerat, privat sexu" in suspicionem non adducta posuit Orellius in Inscriptt. Lat. 1907. p. 342. Vol. I.

P. 75. v. 30. Conf. Euphor. fragmentum supra in p. 90. extr. positum. Libet adjicere in fragm. 127., id quod fugit Meinekium p. 142., pro Θουρίων Τυρίων jam ab Obrechto in Dict. Cret. I. 17. p. 29. restitutum esse. Ex ejusdem Euphorionis Hesiodo petitum esse versum: προῖτος σταφυλάων Εὖ λακτιζομένων αἱμοσταγέεσσι δρόσοισιν (Fulgent. Mythol. III. 1. p. 705. Hesiod. fr. 86.) probavimus in Subsic. III. Schneidew. Philol. p. 723. sq.

P. 76. v. 7. Non successisse Lachmanno in explananda Horatii Carm. III. 24, 4. sententia satis est brevissime indicare „sine argumentorum ambagibus" (Lachmann. in Lucret. VI. 1442. p. 337.

sq.); in re aperta enim modestius hoc et reverentius. Ceterum ipse levandae illi difficultati deesse nolo; habeo enim, quo doctorum hominum judicia posse experiri videar. Sic enim existimo: ab Horatio commemoratum fuisse Mareoticum, ex quo sic scripto: mare oticum fluxit et id, quod et in aliis codicibus et in Bernensi, qui est omnium antiquissimus, manet: ponticum et alterum hoc: punicum (quod cum multis vocabulis, ut putris, protinus, penitus confundi solitum esse constat Mod. et Heins. in Sil. Jtal. I. 602. p. 51. Valg. 462.) et illa vox, quae aliquoties vocis punicus aemula fuit, publicum conf. Liv. XXVI. 27, 11.: publicas inimicitias. Lovell. 2. punicas. Caton. Distich. Praef. II. 5.: Punica noscere bella," ubi publica rectius scribi docuimus Valg. p. 461. sq. Jtaque hic idem videtur accidisse, quod apud Martialem VIII. 36, 3.: labor est Mareoticus," ubi in codice Pulmanni et Florentino est: mare auleoticus, quod ipsum ex voce niloticus manasse arguit IV. 42, 5. Mareotide codex Vossianus: Nilotide. Quamquam fortasse aliis hoc probabiliter disputari videbitur: nomini Mareoticum antiquitus coeptum esse interpretandi caussa apponi Punicum, Ponticum autem alteri nomini Maeoticum; nam pro Mareoticum in libris extat cum Maraeoticum (Martian. Capell. VI. 676. p. 551: Maraeotim, de quo testis est Arntzenius in Paneg. Vett. p. 682. *Μαραιατικός* cod. Guelf. Geopon. XX. 15. p. 1249.) tum Maeoticum (Martial. IV. 42, 5. Mareotide. codd. aliquot Schneidew. p. 174. Maeotide. Mamertin. Grat. Act. IX. 1.: Mareoticum. editt. Maeotidem). Quid sequutus autem Horatius non Tyrrhenum modo (Sil. Jtal. IV. 297.: structo Tyrrhena ad litora saxo"), sed etiam Mareoticum commemoraverit intelligitur primum ex iis locis, quibus moles et mari et lacubus injectas fuisse et Horatius et alii prodiderunt, ut Valerius Maximus IX. 1, 1., cujus nullam ab Lachmanno habitam rationem esse miror: aedificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, quo recentiore usu conchyliorum frueretur; ubi dum se publicae aquae cupidius immergit, cum Considio publicano judicium nactus est." Luebker. in Hor. III. 1, 33. p. 299. conf. Peerlkamp. II. 18. p. 227. Deinde res patescit per eos, qui Bajis et Canopo Alexandriaque celebratiores a luxuriosis hominibus locos extitisse negant Senec. Epist. LI.: de secessu cogitans numquam Canopum eliget —; ne Bajas quidem." Gevart. in Stat. Silv. III. 2, 111. p. 341. B. Heins. in Ovid. Am. II. 13, 7. p. 440. Rupert. in Juvenal. I. 26. p. 15., ac per Strabonem XVII. p. 792. sq. *ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι· — τὸ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας τὸ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται· πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος — ὥσθ᾽ ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπῆρχε πλουσιώτερος τοῦ θαλαττίου.* p. 800. *κατοικία — ἐπ᾽ αὐτῇ τῇ διώρυγι κειμένη διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις — ἀρχή τις κανωβισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας* et Plinium Nat. Hist. V. 10, 11. p. 337.: Mareotis lacus a meridiana urbis parte euripo e Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque plures amplexus, triginta M. passuum trajectu, CL ambitu," juxta quam „paludem vinum optimum nascitur — ut: sunt et Mareotides albae et Mareotica fumat comtos (scrib. Coptos Stat. Theb. I. 264.)" Schol. Cruq. Hor. Carm. I. 37, 14. p. 80. Vlit. in Grat. Cyneg. 313. p. 211. add. Geopon. XX. 15. p. 1249., qui locus et alios et Viros Doctos Steph. Thes. V. p. 582. D. fefellit: *οἴνου Μαρεατικοῦ.* Postremo conjecturam nostram adjuvat locus Mamertini supra dictus p. 681.: beneficia tua usque ad Adriaticum, Tyrrhenum, Mareoticum (ita Putean. cod.) porrigebas." Conf. Jaeger. p. 681. a. Burmann. in Valer. Flacc. IV. 715. p. 398. Burmann. in Prop. III. 5, 11. p. 535. Ceterum voces Tyrrhenum et terrenum et aliis in locis, quos indicavit Burmannus in Ovid. Met. VII. 107. p. 458. et Lucan. VI. 401. p. 419. conf. Heins. Adv. I. 7. p. 75., inter se confusae sunt et apud Silium Jtalicum XI. 473.: Cognita terrenae. ed. Rom. princ. et Mediol. Tyrrhenae, de quo loco nuper Lachmannus in Lucret. V. 507. p. 294. sq. parum probabiliter ita disseruit: ponton Graeca forma pro omni mari dixisse videtur Silius: Quin etiam Pagasaea ratis cum caerula, nondum Cognita terrenae, pontonque intrare negaret, Ad puppim sacrae cithara eliciente carinae Adductum cantu venit mare, ubi in libris est pontoque intrare nega-

rent." Quod quidem ego eodem instituto, quo verba illa XIII. 800.: Jre viro" sic immutavi Valg. p. 508.: Jre virum (vid. cap. XI. h. Anall. p. 79. ad Arnob. p. 165. et 167.), in pontum converti juberem, nisi manifesto appareret ab Silio dici Pagasaeam ratim nondum Nerinae et Ponto cognitam negasse caerula intrare: caerula, nondum Cognita Nerinae Pontoque, intrare negaret." Nam ut Nereus (Lucan. II. 713. Martial. X. 30, 19. Heins. Adv. III. 5. p. 435. Huschk. in Tibull. IV. 1, 58. p. 556.) et Doris (Barth. Advers. XVIII. 16. p. 923. et Stat. Theb. IX. 371. p. 995. Savar. Sidon. C. VII. 24. p. 76. Keuch. Seren. Samonic. 918. p. 360.), ita, quae Nereidum pulcherrima fuit (Catull. 64, 28.), Thetis pro mari solita est nominari Virg. Ecl. IV. 32. Stat. Theb. IX. 362, ubi Schol. Barth. p. 995.: Thetis invida) mare noxium." Martial. X. 30, 11. Claudian. Rapt. Pros. I. 148. conf. Coripp. Joann. I. 130.: Navigiumque Thetis suadebat prospera nautis." Valer. Flacc. I. 190.; quare alii Nerinas aquas probent apud Nemesianum Ecl. IV. 52., ut animantum Nerinorum apud Ausonium Epist. IV. 53. et fluenta Nerei gurgitis apud Cassiodorium Var. XII. 15. p. 181. b., mihi placet id, quod e codicibus Vlitius p. 532. enotavit: Nerines potabit aquas," firmum jam illud Silii loco. Deinde quid sit, quod Nerinae Thetidis mentioni subjunxerit Silius Ponti nomen, declarat vel Hyginus Geneal. p. 5. 7.; dicendi autem genus illud: ratis nondum Thetidi et Ponto cognita" uberius explanabimus comm. eleg. ad Messall. v. 1. Superest jam, ut de altero expediamus Horatii loco, in quo male positum esse Apuliae nomen cum alii multi fatentur tum his pugnat Lachmannus in Lucret. l. d. p. 37.: quare indocte provocant ad ambiguitatem propriorum, qui in Horatii carminum III. 4. tuentur versum foedissime interpolatum hunc: Altricis extra limen Apuliae." Equidem, ut paucis absolvam, fortiter affirmo commemorari ab Horatio non suam ipsius altricem, sed nutricem (hoc enim extat et in aliis codicibus et in Blandin. et Bernensi) palumbium, ut I. 22, 15.: Jubae tellus — leonum Arida nutrix." Aperiendum enim fuit, unde tandem Veneris aves (Burmann. in Petron. 85. p. 418.) venerint ad infantem fronde nova contegendum. Nec enim illud solum Bantinis hominibus Forentinisque mirationem fecit, quod collata lauro myrtoque (de qua re explicavit Jacobsius in Philostrat. Jmagg. II. 12. p. 467.) a viperis ursisque defensus est Horatius, sed quod fabulosarum avium grex in Appulum Vulturem ex sede memorabili et remotiore advolasse videbantur (quemadmodum „Pindari in cunis dormientis labellis mel instillasse apes non montem Hymettum, sed Musarum Heliconios colles depastae" visae sunt Valer. Maxim. I. 6. ext. 3.). Advolarat autem ille grex ex iis finibus, qui Ennii natalibus sunt illustres. Strab. VI. p. 282. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Ῥωδίαι τέ εἰσι καὶ Λούπιαι. Plin. Nat. Hist. III. 11, 16. p. 244. Sill.: Lupia, Balesium, Coelium, Brundisium. — Brundisio conterminus Pediculorum ager. — Pediculorum oppida Rudiae, Egnatia." Frontin. de Colon. p. 127.: Caelinus (ager), Genusinus, Ignatinus, Lyppiensis, Metapontinus, Orianus, Rubustinus, Rodinus," quem locum omisit Goesius Ind. Geogr. [p. V. a.] testificatus Frontin. p. 110. et mappam Albanensium p. 146.: Provincia Calabria. Territorium Tarentinum et Lippiense." Cellar. Geogr. Antiq. II. 9, 596. p. 721. 579. sqq. p. 717. Eckhel. Doctr. Numm. I. p. 151. a. add. Paulin. ad Nicet. p. 853. B.: Te per Hydruntum Lepiasque vectum" id est Lupias. An potest esse ulla religio literas: limenapuliae (pulliae) ad hunc ordinem revocare: liminalupiae (luppiae): limina Lupiae? Quo instituto nihil aut proclivius esse aut tutius copiose demonstravimus Electt. Critt. p. 3. et de Aemilio Macro p. 17. sq. Ceterum omissa illa, qua aliquot locis Horatii inhaesimus in Valg. Excursibus, quaerendi subtilitate nolo jam argumentari de Lupiae situ ejusque rebus sacris (Klausen. de Aen. et Penatt. p. 432. et not. 683. p. 446. conf. p. 437. not. 684.) aut de sedibus palumbium (Bochart. P. I. Hieroz. I. 3. p. 14, 39. II. lib. I. 8. p. 53, 22. sq.) et quibus fabulis celebratae eae aves fuerint (Bochart. P. II. lib. I. 1. p. 4, 7. Bod. Obss. in Mythogr. I. 4. p. 171. conf. quae de Horatii versu I. 4, 16. in Theb. Rer. Specim. p. 27. diximus conf. Jahn. Annal. Vol. XVI. p. 105.) aut Horatii verba: limina Lupiae (quae neminem credo posthabiturum esse his: culmina Lupiae" conf. Schneid. in Varr. de Re Rust. III. 7, 1. p. 524.) illustrare non modo Valerii Flacci versu VI. 384., ubi limen

dici finem, terminum Aeoliae ait Bentlejus in Hor. l. d. p. 152. conf. Virg. Aen. X. 355.: limine in ipso Ausoniae.“ Stat. Theb. VIII. 290.: limina Caspia.“ XII. 201. l. urbis.“ Plin. Nat. Hist. III. 1. p. 208.: limen interni maris“ et Duker. in Flor. III. 6, 9. p. 500., verum etiam Propertii loco II. 8, 20.: domus Arabiae,“ quod exemplis explicavit Burmannus p. 282., et Senecae Herc. Fur. 239.: nemoris opulenti domos“ conf. Virg. Georg. IV. 188. 257.: apum limina.“ Barth. et Vlit. Grat. Cyneg. 235. p. 169. Burmann. in Phaedr. I. 3, 16. p. 12. Denique mitto de Savarone loqui, cui in Sidon. Apollinar. Epist. IX. 13. p. 603.: ludo fatigatumque somno“ videtur idem esse atque recreatum.

P. 81. v. 7. V. intpp. Eumen. pro inst. schol. V. 4. p. 190. Cang. Gloss. T. II. P. II. p. 345.

P. 83. v. 39. Scribendum: induunt;“ concedam enim, quod non est concedendum, potuisse magas se vertere non modo in canes et feles atque aves, sed etiam mutato sexu (nam luparum mentionem nemo hic inchoavit) in nocturnos lupos. At vero —.

Index scriptorum.

Brandenburgi Novi typis exscripsit Hoepfnerus.